

DE
SACRIS ORDINIBVS,

Et quibusdam alijs in vtroq; foro scitu dignis,

Breuis Tractatus


IVLII CAESARIS MADII SALENSIS,
In Ticinensi Notariorum Collegio Consulis, è XL. Consiliariorum numero, atq; in Episcopali Curia Cancellarij.

Ad Illustrissimum, & Amplissimum Sanctæ Ticinensis Ecclesiæ Pontificem

IO. BAPTISTAM BILIVM,
MAECENATEM SVVM.








TICINI, MDCXVI.
APVD PETRVM BARTOLVM.

SVpraſcriptis à me acurate perlectis nichil reperui in eis indignum fidei orthodoxe, aut contrarium bonis moribus, ſed omnia conſona pietati.

Frater Ioannes Theodorus Lotharingus Minorita ſtrictioris Obſeruantiæ.

Imprim. Fr. Maximus Guazzonus Inq. Generalis Papiæ.



ILLVSTRISS. ET REVER. D.D. IO. BAPTISTAE BILIO

Episcopo Papiensi, & Comiti &c.

IVLIVS CAESAR MADIVS. S. O. P.



DE Sacris Ordinibus frequentem vbiquè fieri commemorationem, qui ignoret, arbitror esse neminem: at nusquam curiosiùs de ijs inquiri, quàm ibi, vbi multorum de rebus sacris agitur negotium, non est, qui neget. Vtpotè in curia Episcopali quapiam expertus loquor, qui in Ticinensis Ecclesiæ forò ab actis amanuensem operam nauo. Quocirca factum est, vt nonnullorum hortatu, quibus, cum plerunq; de Ordinibus sermonem conferre soleo, nō inuitus ad aliquid de hoc argumento scribendum adducerer. Quod quidem munus eò minùs grauatè suscepi, quòd cùm personæ, quam sustineo, non indecorum: tum benigno lectori non inutile videretur futurum. Siquidem vt sine ordine nihil in vniuersa rerum omnium natura consistere, aut constitui potest: ita sane in sacris functionibus, ab infimis ministerijs, seruata quasi graduum dispositione, paulatim munitur aditus ad altiora: quod si quis secus, non ordinatè, sed per abrupta quærit ascensum, is præcipitium sibi struit non ascensum.

vt aptiſſimè cecinit Boëtius. Quod præcipiti via certũ deſerit ordinem, lætos non habet exitus. Itaq; nõ alia quàm officij præſtandi cauſa inductus hoc opuſculum ſucciſiuis horis congeſſi potiùs, quàm ſcripſi. quo tamen quantum lucis accedet ad ea, quæ à præſtantiſſimis viris in eodem genere ſcripta paſſim leguntur, quiſquis in me æquior erit, facilè iudicabit. Verùm quia fieri vix poteſt, quin maleuolorum ſubeant cenſuram qualiacunq; edideris, niſi alicui Mæcenati edito, & excelſo dignitatis gradu poſito nuncupata prodierint in lucem; feci & ego, quod ſolent exigui nominis ſcriptores, aliquem duxi mihi deligendum, ſub cuius tutela defendatur hæc mea lucubratiuncula à vipereis morſibus inuidorum. Nec diu incertus fui ad quem cõfugerem. Te, Præſulum noſtræ ætatis decus, optimum mihi patronũ delegi. Excipe igitur, te rogo, Antiſtes Illuſtriſs. hunc meũ tenuem quidem illum, & conciſum laborem, nomini tuo dicatum, ea fronte, qua ſoles quæcunq; à patre auunculóque meo, & à me ipſo in Illuſtriſs. BILIANAM Familiam proficiſci potuerunt obſequia. tibiq; perſuade, quantò minùs feci, quam debui: tanto plus volui, quàm imbecillæ vires exequi potuerunt.

All'Illuſtriſs. e Reuerendiſs. Monſig. Biglio,

VESCOVO DI PAVIA,

RODOBALDO PARINI.

O BIGLIO à tuoi gran pregi
Lode non è, ch'arriui:
A cantar i tuoi fregi
Lo ſtil vien meno, e l'arte:
Potran ſolo di te cantar in parte
Le ſacre Muſe del Caſtaglio fonte,
Che fan più Illuſtre d'Elicona il monte.



IVLIO. CAESARI. MADIO.

AM. CVM PAVCIS. KR. AB. ACTIS. IN VRBIS. N.
EPISCOPIO. SVMMI. INGENII. BONIQVE. GENII. V.
NOVVM. OPVS. VET. STYLO. DE. SACRIS. ORDINIBVS.
A. SE. CONSCRIBTVM. AMPLISSIMO. HEROI.

IO. BAPTISTAE. BILIO.

OPT. VIGILANTISS.
TICIN. PONTIFICI.

VERBIS. ATQ. MANIBVS. DANTI. DICANTIQVE.
VTI. SE OLLI. MAECENATI. SVO. AETERNVM.
COMMENDET. AETERNA. LAVDE. FLORENTEM.
VIRTVTIS. GLORIAM.

HIERONYMVS. BOSSIVS. TICINENSIS.
HVMAN. LITTERARVM. INTERPRES.
OPTO. ET CVPIO.
LIBENS.



Index Capitum, quæ in hoc opusculo continentur.

Finis Capitum.

ERRATA.

Delenda	Reponenda
Pag. 6. num. 13. fores	fore.
pag. 7. num. 15. Marcus	Marcum.
pag. 11. post num. 7. annexum	annexam.
pag. 15. num. 3. Episcopos	Episcopus.
pag. 19. nu. 17. aliqno	aliquo.
ead. pag. 19. nu. 18. in fin. collationum	collationem.
pag. 23. nu. 4. suspensas	suspensus.
pag. 29. nu. 30. sacram	sacrum.
pag. 33. cuius nomine etiam imbutur	nomen accepit.
pag. 39. nu. 21. bigamia	bigamiæ.
pag. 41. rubr. promouendibus	promouentibus.
pag. 44. nu. 12. sic	siue.
pag. 47. rub. nu. 15. alio	aliæ.
pag. 83. rub. de adulterio cap. 16.	cap. 17.
pag. 112. rub. Officialis	Officiales.
pag. 119. nu. 5. incorrigibilitatem	incorrigibilitate.
pag. 123. nu. 3. nu. 5.	nu. 15.
pag. 135. rub. nu. 24. Torqueri	Terreri.
pag. 143. rettientur	retinentur.
pag. 151. verbo verum deficit nu.	nu. 3.
pag. 152. nu. 3. disederem	discederem.
pag. 3. ad litteras patentes, Episcopi an possit	possint.

Index omnium, quæ in hoc opusculo continentur.



pientis

Cleri-

Ex-

Item

Ordi-

Finis, sub protectione Sancti Thomæ ab Aquino, Festiuitatis eiusdem; Septima Martij MDCXVI.

Tonsura initiandus debet prius cõfirmari. nu. 1. 13.
2 *Tonsurandi qualitas.*
3 *Confirmatio quid sit.*
4 *Confirmationis effectus qui.*
5 *Confirmationis forma, minister, & materia quæ.*
6 *Patrinus necessarius in confirmatione.*
7 *Patrinus in baptismo, an in cõfirmatione possit adhiberi.*
8 *Confirmandi ætas.*
9 *Cõfirmãdi cur cedãtur ĩ facie*
10 *Confirmationis Sacramẽtum locus conferendi aptus q; sit.*
11 *Confirmationis Sacramentũ reiterari non posse.*
12 *Confirmationis Sacramentũ quomodo differat à Baptis.*
Episcopus conferens Tonsuram non confirmato an incurrat aliquã censurã, nu. 13. 14.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS. Cap. Primo.

Antequàm pueri prima Clericali Tõsura initientur, suscipere debent sacramentum confirma-
1 tionis,† fidei rudimenta ẽdoceri, & scire legere ac scribere, & de quibus probabilis coniectura
2 non sit, eos non secularis iudicij † fugiendi fraude, sed vt Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse, sic statuit Sacros. Trid. Concil. cap. 4. sess. 23. de reform.
3 Prius igitur sciendum, quid sit confirmatio† est consignatio facta cum chrismate in fronte baptizati ab Episcopo sub debita forma; forma aũt verborum est signo te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, sic docet Marchus Ant. Cucchus olim meritiss. Vic. Gener. Curiæ Episcopalis huius fori Instituta Canonica de Sacramento Confirmatiõis lib. 5. tit. 3. Thesaur. fori ecclesiastici de potestate Episcopi cap. 4. n. 8. Piasecius sua praxi Episcopali de

Cōfirmat.cap. 3.&Tholōsanus Syntagmate Iuris vniuersi cap. 5. part. 1. lib. 2.
4 Effectus Sacramenti confirmationis, est † impressio Characteris plenitudinis Spiritus Sancti, cōfirmans nos Diuinæ bonitati, & cōfirmati maiorem gratiā consequuntur,
5 † quàm non confirmati; forma confirmationis quæ sit supra dicebam; Hic de materia,& de Ministro: materia huius Sacramenti est oleum, seu vt alij, chrisma confectum ex oleo & balsamo,Minister Sacramenti huius Confirma-
6 tionis est Episcopus: In Cōfirmatione † patrinus interes-
7 se debet,qui baptizatus sit,& confirmatus,& is † Patrinus etiam esse potest,qui fuit in baptismo, licet in hoc dissentiat Piasec.d.nu.4.ibi nisi necessitas cogat; Confirmandi
8 debent esse baptizati, † & septenniū excedere, vt rei ge-
9 stæ memoriam habeant,† ob id Alapa confirmato impingitur, vt cordetur percussiones pati libenter ad Christi Saluatoris imitationem,qui in Anne Prætorio cęsus est in Facie,& ad suscepti Sacramenti recordationem; Tempus Sacramenti prędicti,nullum ineptum censetur, cū sit om-
10 ni tempore Sacramentū ipsum permissum, locus † in quo confertur,debet esse honestus, Cōgruum tamen est quod in ecclesia detur,Cucch.& præcitati Doctores mox relati,addo Couar.var.resol.cap.x.lib.j.Tholos.c.5.part.j. lib.2.& Cōstitut.Synod.Papien.par.4.vers. quamuis in addit.ad §. Cum indecens: quo in loco cōstitutio ipsa de confir.ætate verbū facit,rursus ipsa Constit.c.13.par.3.
11 Hoc Sacramentū reiterari non posse,† communiter recipitur, cum illud imprimat Characterem, Cuch. cit.loco num.fin.& ipsa Synod.Constitut.d.cap.13.
12 Confirmatio à Baptismo difert, quia baptismus † est ad salutem omnino necessarius,& est Ianua omniū Sacramē-
toruм

torum; quod non est dicendum in Sacramento confirmationis, quod sine peccato omitti potest, Thesau. d. cap. 4. nu. 7. & 12. Tholos. supra citatus c. 4. par. j. li. 2. & Cuch. de Bapt. lib. 5. tit. 2. de Bapt. plura edixit ipsa Synod. Constit. cap. 4. cum alijs ead. part. 3.

Quæro num puer non confirmatus, ad primā clericalem ton-
13 suram † promoueri possit, & inspectis verbis Concilij d. c. 4. dico puero non confirmato clericatum conferri non
14 posse; † Quid si Eps confirmatione omissa, puero primā tonsuram conferat: & Piasec. de conferendis ordinibus post n. 24. vers. ordinari, scribit si tamen ordinetur, dummodo non faciant ex contemptu nullam incurrunt censuram, plus dicit, nec ordinatum, nec ordinantem peccare mortaliter, non vidi tamen aliquem ad hoc vitæ genus electū, qui prius confirmatus non fuerit, post hæc scripta vidi Tolet. S. R. E. Card. de confirm. c. 24. in princ. li. 2. vbi scriptum reliquit, non licere Sacramentum ordinis suscipere, nisi confirmationis Sacramentū præcedat, quāuis si cōferatur ordo teneat, & alia notabilia ad materiā docet.

Lector beneuole multis in locis hoc opusculo recensebo tanti viri, vt fuit Toletus, opinionē, qui opere expleto fuit à me visus.

SVMMARIVM.

Monacho.

8 *Prima Tonsura an inter ordines connumeretur.*

9 *Sacramenti ordinis minister, proprie est Episcopus.*

10 *Abbas benedictus primam Tonsuram, & quatuor minores conferre potest.*

11 *Abbas nedum suis subditis, sed & Clericis secularibus primam tonsuram, & quatuor minores conferre potest.*

12 *Clericus secularis volens ordinari ab Abbate, à suo Ordinario litteras dimissorias obtinere debet.*

13 *Abbate conferente ordines alijs regularibus sibi non subditis, quid obseruandum.*

14 *Benedictio Abb. quid efficiat*

15 *Abbatum facultas ex Sacro Concilio restricta.*

16 *Requisita in literis Tonsure.*

17 *Obseruatio fori Episcopalis Papien. circa rogitum Collationis ordinum.*

18 *Clericatus vtrum necessariò requirat scripturam.*

19 *Clericatus siue prima Tonsura probatur per quatuor minores.*

20 *Ordinati ascribi debēt alicui Ecclesiæ ad inseruiendum.*

21 *Laudes Episcopi Bilij.*

De Clerico, an & quādo gaudeat fori priuilegio, nu. 22. 23.

De prima Clericali Tonsura. Cap. II.

1 CLericorū primus gradus, simpliciter appellatur Clericorū: † cui confertur prima tonsura, estq; initiati verticis nomen, dum Dei ministerijs se primum inscribit, & Tyrociniū militiæ cœlestis profitetur, Tholos. c. j. nu. 6. lib. 16. vertex forfice delibatus. Rasi verticis præsidium dicitur à Budeo in Forensibus.

2 Prima tonsura, seu corona, est ianua omniū ordinum, † &
3 qui caret, incapax est beneficiorū ecclesiasticorū, † Tholos. d. c. j. nu. 7. & 8. Thesaur. de pensionib. c. 22. nu. 20. Flam. Paris. de resig. benef. q. 2. per totum lib. 4.

4 Quæri-

4 Quæritur quo tempore cõferatur prima tonsura,† & omni tempore posse Episcopum suo subdito illam conferre, ne dum in diœcesi, sed etiã extra cum sit actus voluntariæ iurisdictionis: dicit Rebuf. sua praxi benef. de Clericis, & à quibus nu. 12. 13. Cuch. de tempor. ordinat. nu. 13. li. 4. tit. 13.; Verum numquàm audiui quod id Episcopi agant in aliena diœcesi, saltem sine Episcopi loci licentia, vide quæ infra dicam cap. 5. num. 1.

Quam Tõsuram,† ne dum subdito originario, sed etiam ha-
5 benti domicilium, vel beneficium in diœcesi Eps conferre põt, Rebuf. cit. tit. de Cleric. & à quibus nu. 19. cũ seq.

Quæritur, † quare pr. tonsura exigua & parua, & vertex tm̃
6 depilatur capitis; ratio cur id fiat, ea est, vt non omnino coronati regali illa ecclesiastica, ac militari corona videantur, sed ad coronam per symbolum exiguæ coronæ vocati; si velint ad eam per gradus contendere, Tholosan. d. cap. primo, num. 11. eod. lib. 16.

Successiuè † quid indicet tõsio capillorũ in Clerico seculari,
7 & abrasio in Monacho, in primo capite cõtemptus rerum harum secularium, & temporalium; in secũdo abrasio ipsa demonstrat, se omnia huius seculi, vt superflua à mente abiecisse, & eiurasse, vt adimpleatur id quod dicebant Apostoli Domino. Ecce nos reliquimus omnia, Tholosan. d. cap. 1. num. 13. & 28.

Vtrũ † prima tonsura inter ordines cõnumeretur, est pugna
8 inter Theologos, & Canonistas, Canonistæ tenent, quod sit ordo, quia per primam tonsuram, siue coronam Clericus à Laico distinguitur, Theologi vero sentiunt, quod id sit præludium ad ordines; quod sit ordo Canonistarũ opinio preualet, quia per eam imprimitur character, Tholos. d. c. 1. nu. 9. 10; 31. Canonistarũ opinionem, sequitur Pa-

rif.d.q.2.nu.56.eod.lib.4.& Rot.Rom.in nouiss.decis. 731.nu.6.lib.1.vide scripta nu.16.ad cap.3.
9 Insistendo in subiecta materia de prima tonsura.† Quæro quis sit minister, & dico esse Episcopos, qui regulariter primam tonsuram minores ordines, ac sacros cõferre so
10 lent; † Abbates verò, qui habent vsum mitræ, ac baculi, primã tõsuram, ac minores tantum conferre posse, Tholos.c.9.par.2.lib.16. Piasec.de confer.ord. nu.6. & 7. Venio ad Abbates regulariũ,† & dico, quod regulariũ Ab
11 bates, qui habent vsum baculi, ac mitræ, postquàm Sacer dotalem ordinem, & munus benedictionis assumpserint, possunt Tonsuram, ac minores ordines suis subditis con
12 ferre, nec non & Clericis secularibus,† si modo Episcopi loci cõsensus accedat, addo & quod quisq; ex clericis secularibus prædictis ordinãdis, à suo Ordinario literas dimissorias impetrauerit, ita vt satis non sit, id generatim
13 ab Episcopo suis clericis cõcessum fores;† si verò ij Ab bates ordines cõferre voluerint alijs regularibus, qui sui ordinis non sint, regulares ij ordinandi dimissorias spetiales Superiorum suorum regularium afferre tenentur, & specialem cõsensum Episcopi loci. Sic scriptum reliquit Steph. Quarãt. verbo ordo vers. Abbatib. cũ seq. fol. 393. Cum supra dixerim posse abbates habentes vsum mitræ, ac baculi, & postquàm munus benedictionis susceperint pr.
14 tonsurã, ac quatuor minores conferre; † Videndũ à quo munus ipsius benedictionis suscipere debeant, & dicitur ab Episcopo, in qua benedictione non requiritur, examẽ aliquod, sed tantũ emissio Catholicæ fidei professionis in manibus Episcopi ipsius benedictionis munus impenden tis, & quæ benedictio fieri debet in die festo, Piasec. sub tit. de Benedict. Episcopi num. 2.

Non

Non licet tũ † Abbatibus, intra fines alicuius diœcesis existẽ
15 tibus, etiã si loca nullius diœcesis, vel exempta esse dicã-
tur, cuicũq; qui regularis sibi subditus non sit, Tonsurã,
ac minores ordines cõferre, nec literas dimissorias aliqui-
bus clericis secularibus, vt ab alijs ordinentur cõcedere,
Conciliũ cap. 10. ead. sess. 23. de refor. per quod cõciliũ
Abbatũ facultas restricta Cucch. de potest. ordin. nu. 57.
lib. 4. tit. 12. ad declarat. cit. cap. x. addo videndũ Marcus
Ant. Genuens. de ordinat. regulariũ c. 83. nu. 9. cũ alijs.

Vidẽdũ † de requisitis in literis Clericatus, qua in re Rebuf.
16 for. liter. Tonsuræ monet exprimendum locum concessæ
Tonsuræ, nomen, & cognomen recipientis Tonsuram, &
illius genitoris, quod fuerit de legitimo matrimonio pro-
creatus, requiri ætatẽ, testes instrumentarios adhibẽdos,
plus quod in literis, in quibus fit mentio de collatione tõ-
suræ apponatur data literarum cum sigillo Episcopi.

In hoc foro † per Cancellarium fit rogitus siue Instrumentũ
17 collationis ordinum, de quo datur exemplũ ordinato; In
quo etiam obseruatur, vt quis non admittatur ad altiores
ordines, nisi prius facta fide de antecedentibus ordinibus
ad omnes fraudes tollendas, quæ obseruantia cõfirmatur
ex scriptis per Rebuf. cit. loco num. 28. quem sequitur
Piasec. de confer. ordinib. num. 54.

In medium adferã, num Clericatus necessariò requirat scri-
18 pturam; super quo puncto, vt video, est pugna inter Ca-
nonistas, & Legistas, quia Legistæ sentiunt, quod scriptu-
ra sit necessaria, Canonistæ verò contrarium tenent, imò
quod clericatus etiam testibus probetur, & Canonistarũ
opinioni adhærendo, ad q. adfero Alex. conf. 107. lib. 7
Rol. conf. 4. n. 5. lib. j. Rebuf. cit. loco for. litter. tõsurę,
Piasec. de confer. ordinib. nu. 54. Paris. de resig. q. 5. nu.
29. cum

29.cũ alijs lib.10.& Rot.Rom.in nouiss.decis.26.part. 3.lib.2.decis.63.& decis.350.lib.3.

Plus dico † clericatũ probari, & per quatuor ordines mino-
19 res, i.per ostensionem quatuor ordinum minorum, in quibus Episcopus promouens narret clericum per prius ad pr.Clericalem Tonsuram promotum, Rot.Rom. auctore Puteo decis. 144. in fin. lib. 2. quicquid dixerit Rebuf. cit. tit. num. 21. verbo regula.

Visis de requisitis in ordinum collatione, venio ad Conciliũ
20 cap.16.ead.sess.23.cuius verba hæc sunt, cũ nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit vtilis, ac necessarius suis Ecclesijs Sãcta Synodus, vestigijs sexti canonis Concilij Chalcedonensis inhær. statuit, vt nullus in posterum ordinetur, qui illi ecclesiæ, aut pio loco, pro cuius necessitate, aut vtilitate assumitur, nõ ascribatur, vbi suis fungatur muneribus, ne incertis vagetur sedib. Qđ si locũ incõsulto Ep̃o deseruerit, ei sacrorũ exercitiũ interdicatur, qđ cõciliũ refert Cuch.de His qui ad ord.nu.fin.

Sub Illustrifs. † Pręsule meo, cũ quis ratione mutationis do-
21 micilij, vel alterius legitimi impedimẽti, ecclesię ascriptę inseruire nequit, facit ad eum recursum pro commutatione Ecclesiæ, qui benigniter agendo, ex causa ad Ecclesiæ mutationem procedit.

Rursus † inquit Conciliũ c.6 ead. sess.23.nullus prima ton-
22 sura iniciatus fori priuilegio gaudeat, nisi beneficiũ ecclesiast. habeat, aut Clericalem habitum, & Tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ, ex mandato Ep̃i inseruiat, vel in Seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuersitate de licentia Ep̃i; Super intelligentia præcitati Cõcilij, super cuius verbis Iudices seculares sæpius vim faciũt; dico fuisse declaratum per Sacram Congreg. Conciliũ procedere

cedere etiam in Clerico, q. seruiret alteri ecclesiæ, quam illi, cui fuit adscriptus, vel deseruiret capellæ existenti in Ecclesia, quæ ab Episcopo Confraternitati Laicorum pro Oratorio esset assignata; Id etiam procedere in seruitio diuino, quod clericus non continuatũ, sed aliquo impedimento necessario interpollatũ prçstiterit, refert Quarant. ĩ suo bullario verbo. Habitus Clericalis vers. additio fol. 275. faciunt etiã scripta per Mar. Ant. sub Illustriss Bastonio Vic. Gener. Curiæ Episcop. Papiæ, nunc verò Vic. Gener. Curiæ Archiepisc. Mediol. Resol. 48. nu. 14. lib. 3 & Marc. Ant. Genuens. praxi Archiepisc. Neapol. de Clerico an & quando gaudeat priuilegio cap. 7. & concludũt qđ clericus modo prçdicto inseruiens, gaudet fori priuil. & declarationem num clericus gaudeat priuileg. fori spectare ad Iudicẽ Ecclesiasticũ, & vt suo loco clarius dicã, Caball. resol. crim. 223. n. 77. & seq. & 205. 224. & quod vbi sit in fortijs iudicis secularis, quod sit ad suum iudicẽ remittendus: & ibi multæ aliæ declarationes ad cit. cap. 6. vidende, nam falcem ad radicem ponunt.

Ad illa verba, vel in vniuerutate de licentia Episcopi: quæ-
23 ritur vtrũ licentia Ordinarij de forma requiratur, & Mar. Ant. d. resol. 48. nu. 15. & 16. tenet quod non sit necessaria licentia in scriptis, sed quod illam fuisse ab Ordinario concessam, Testibus probari possit; extat declaratio Sacræ Congreg. 6. Iunij 1609. qua fuit declaratũ licentiã pro forma nõ requiri, & ad hunc punctũ etiam spectãt ea quæ tradit Rot. Rom. in nouiss. decis. 222. nu. 4. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Ordo quid sit.*
2 *Ordines minores an sint Sacramentum.*
3 *Ordinũ diuisio ĩ minores, et nõ sa-*

sacros, et maiores seu sacros.
4 *Episcopi minores ordines festis diebus conferre possunt, maiores nisi statutis à iure temporibus.*
5 *Character imprimitur in anima per ordinis susceptionẽ.*
6 *Ordo est vnum ex septem Sacramentis Ecclesiæ.*
Differentia pluribus in casibus inter minores ordines, & maiores, num. 7. 8.
9 *Promouendi ad minores ordines, quod testimonium afferre debeant.*
Ostiariatus officium, lectoris, exorcistatus, Acolitatus, Subdiaconi, Diaconi, & Præsbiteratus, quod & quale sit. n. 10. cũ alijs. (*Ordines.*
17 *Quid in pmouẽdis ad sacros*
18 *Praxis Cancellariæ Episcopalis Papiæ, ad hoc vt ordinandi admittantur.*

De quatuor minoribus ordinibus. Cap. III.

1 IN primis illud præmitto,† quod ordo dicitur signũ, seu signaculũ quoddam per quod potestas spiritalis traditur ordinato, late Tholos. c. 2. nu. 2. par. 2. lib. 16. Cuch. tit. de Sacram. ordinis lib. 5. tit. 8. vide addit. ad Tolet. auctore Martino Fornario Societ. Iesu de ordine c. j. n. j.
2 Vtrum † minores ordines sint Sacramentũ, vel potius sacramẽtalia, ad id videatur Couar. var. resol. c. x. n. x. li. j.
3 Venio ad ordinum diuisionẽ,† & dico esse minores, & maiores, minores & non sacros, maiores seu sacros, minores sunt ostiariatus, lectoratus, exorcistatus, & accolitatus, maiores vero Subdiaconatus, Diaconatus, & Præsbyteratus, & omnes quidem ordines vere sunt sacri, ad maiorem tamen aliquorum sanctitatem, quatuor primi, & minores,
4 nõ dicuntur sacri, † quos minores Episcopi diebus Dominicis, ac alijs festis diebus cõcedere possunt: maiores vero nisi in temporibus à iure statutis, vt suo loco dicã, Tholos. d. c. 2. & Cuch. de Diacono, & Subdiac. lib. 2. tit. 16.

5 Ij omnes ordines imprimunt Characterem,† atq; in eorũ
6 collatione recipitur Spiritus Sanctus.† & est ordo verè & propriè vnum ex septem Sacramentis Ecclesiæ Cõcil. de Sacram. ord. c. 3. & 4. ead. sess. 23. Thesau. de potest. Epi c. 4. nu. 16. Piasec. tit. q̃ sint effectus ordinationis nu. 52.

Subest tamen differentia inter ordines minores, & maiores, primo quia à minoribus recedere licet, non à maioribus, secũdo quia ad minores, quis absq; tit. promoueri potest, quod non est in maioribus, tertio quia promotus ad maiores obligatur ad castitatem seruandam ex statuto Eccle-
7 siæ, cum in ordinatione, ab ordinandis castitatis votũ Epi exigere soleant, Piasec. cit. tit. nu. 53. Cuch. eod. tit. de Diac. & Subdiac. nu. 12. Rot. Rom. in nouiss. decis. 561. nu. 12. & seq. & decis. 731. nu. 14. lib. j. Fornar. ad Toletum de ordine cap. 6. nu. 6. vbi de effectibus ordinis.

Quid in eo, qui per vim conditionalem, puta vt quia euadat cruciatus, vel mortem, consenciat se ad sacrum hunc Sub diaconatus ordinẽ ꝑmoueri: vtrũ castitatem & cõtinentiã sacro ordini ex statuto Ecclesiæ annexũ obseruare teneatur, qua in re affirmatiuè respõdendũ videtur. Cum hic agatur de coactione conditionali in qua imprimitur characterer, quia voluntas coacta volũtas est saltem indirectè, Rota tamen statuit, quod si sic ordinatus prius habebat vxorem, non teneatur continere, aut non habebat, & quod eo casu continere teneatur; Quare videat beneuolus Lector rationes in vtramq; partem, & Rotę decisionem auctore Cæsare Grassio decis. j. His quę vi metus caus. fiũt.

Successiuè quid in ordinato ad ordinẽ ipsum per vim & metum, an continere teneatur, licet authores in hoc negocio sint tam varij, vt nihil certi in iure cautum dicatur, fuit tamen à Rota inclinatũ. Talem per vim & metum ordinatũ

B 2 ad

ad seruandam con tinentiam non arctari, vnde si tũc vxorẽ non habuerit, alio canonico impedimento non obstãte, matrimoniũ contrahere liberè, ac licitè poterit, teste eodẽ Cæsar. Grass. decis. 2. cit. loco. His quæ vi met. caus. fiunt.
8 Addo † aliam differentiam, & est quod clericus secularis in minoribus constitutus beneficium, vel pẽsionem, quod vel quam obtinet, resignare potest etiã si non habeat vnde aliunde uiuat, non autem clericus in sacris cõstitutus Paris. de resig. q. 6. nu. 173. cum alijs lib. 5. & q. 14. libr. 3. Pius Quintus in sua Constit. in ordine 58.
9 Quæro † ad quæ quis teneatur antequàm ad minores ordines admittatur, & inquit Concilium c. 5. ead. sess. 23. Ad minores ordines promouendi bonum à parocho, & à Magistro scholæ, in qua educantur testimonium habeant.
Venio nominatim ad officium ostiariatus, ac aliorũ ordinũ:
10 Ostiariatus officiũ, † est Ianuas claudere, & aperire, Claues interiores, & exteriores custodire Tholos. c. 3. eod. li. 16.
11 Lectoris officium, † est lectiones pronunciare, & ea, quæ prophetæ dixerunt, palam populo dicere Tholosan. cap. 4. eod. lib. 16.
12 Exorcistatus officiũ, † est abiurare Dęmones, Tempestates et exorcismis sedantur, animalia venenosa depelluntur, grandines pulsantur, & similia Tholos. ibi c. 5. & Nauar. cons. 5. lib. 5. de sent. excom. explosa quorundã opinione, seu vt verius loquar opinatione, qui dicebãt, quod quando animalia, vt sunt vermes, locustæ, grullæ damna in agris inferunt, quod citantur, inde excommunicantur: quia falsum est eorum dictum; Immo est vtendum benedictione de qua in sacerdotali c. 40. fol. mihi 225.
13 Accolitatus officiũ, † est lumen in ecclesia deferre, dũ sacra misteria peragenda sunt, & sacra ministranti surgere

vrceo-

vrceolos. Tholos.c.6.ead.lib.16.& Cuch.cit.tit.de Diac. & Subdiac.nu.18.cum alijs.

Videndum de officio Subdiaconatus, Diaconatus, & Præsbiteratus.

14 Subdiaconi officiũ, † est Calicẽ & patenã ad Altare Christi dferre, & Diaconis porrigere, eisq; inseruire, vrceolos aquam, mãtile, & linteolũ tenere Episcopo, Præsbyteris, & Diaconis pro lauãdis ante altaremanus, aquã præbere. Subdiaconatus est gradus præcedens Diaconatũ, qui legit Epistolam, Diaconus vero Euangelium.

15 Diaconi officium, † est assistere Sacerdotibus, ministrare omnibus, quæ aguntur in Sacramentis Christi, Mensam Domini vestire, & alia peragere.

16 Præsbyteri officium, † est præesse Ecclesiæ, omniũ enim horum ordinum finis est sacerdotium, hæc, & alia habẽtur penes Cuch.cit.tit.de Diacono &c, Tholos.c.7.& 8.eod. lib.16.& Cuch.de ordin.Cler. in genere li.2.tit.j. variæ sententiæ quò ad numerum ordinum penes Fornarium d. cap.j.de ordine nu.3.4. & cap. 7. vbi de singulorum ordinum officijs multa exarata.

Dixi ex Trid.Concil.c.5.sess.23. ad quæ teneãtur ij qui vo
17 lunt promoueri ad ordines minores, † hic de his qui ad altiores ascendere volunt: Inquit concilium: Hi vero, qui ad singulos maiores erunt assumendi, per mensem ante ordinationem Episcopum adeãt, qui parocho aut alteri, cui magis expedire videbitur committat in nominibus & desiderio eorũ, qui volunt promoueri publicè in ecclesia propositis de ipsorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirat, & literas Testimoniales ipsam Inquisitionem factam continentes, ad ipsum Episcopum, quàm primum transmittat.

18 In

18 In recipiendis ordinandis ad ordines,† in hoc foro obseruatur, vt quis non admittatur, nisi deferat à parocho fidē de vita, ætate, & moribus ad præscriptum Concilij, seruitutis ecclesiæ ascriptæ in ordine, confessionis, ac communionis singulo mēse, quod interuenerint publicis processionibus, ac alia perquiruntur iuxta Edicta Illustriss. Præsulis, ac Constitut. Synod. huius Ciuitatis, ac Diæcesis, & eis perspectis, examini subijciuntur, & si Idonei ad publicam ordinationem admittuntur, aliàs expelluntur.

SVMMARIVM.

1 *Episcoporum munus in dimittendo subditos, vt ab alijs ordinentur Episcopis.*
2 *Dimissum ab ordinatore examinari posse.*
Episcopos subditis dimissorias, vt ab alijs ordinentur plur. de causis cōcedere. nu. 3. 11.
Dimissorie ad ordines à quo cōcedi possint, nu. 4. & seq.
6 *Subditus quomodo quis efficiatur.*
7 *Domiciliū quomodo acquratur.*
8 *Beneficij qualitas, ad hoc vt non subditus ab Episcopo ratione beneficij admittatur.*
9. *Dimissoriales habens potest ordinari à non suo Diocesano.*
10 *Non diocesanus ordinator nū cū dimisso dispēsare possit.*
12 *Dimissoriales, ordinis qualitatem continere debere.*
13 *Dimissorie semel concesse, an semper durent.*
14 *Prima tonsura data à nō suo Episcopo imprimit Charact.*
15 *Ordinatus à non suo Episcopo nō hēt executionē ordinum.*
16 *Ordinatus à non suo Episcopo quando habeat executionem ordinum.*
17 *Consensus vbi requiritur ad solemnitatem actus; num in ipso actu interuenire debeat.*
18 *Dimissorie ad ordines præcedere debent, nec valebit ratihabitio.*
19 *Dispensandi facultas de iure Episcopis i quibus cōcessa.*
20 *Laudes Episcopi Bilij.*

21 Ordi-

Quos possint ordinari Episcopi. Cap. IIII.

1 INquit Cõcilium cap. 3. ead. sess. 23. Episcopi † per semetipsos ordines cõferant, quod si ægritudine fuerint impediti, subditos suos nõ aliter, quam iam probatos, & examinatos, ad alium Episcopum ordinandos dimittant; quod si Eps contrafecerit à collatione ordinum in quibus peccauerit per annũ, & sic ordinatum ab exercitio ordinum suscepti ad beneplacitum proprij Episcopi suspẽdit Concil, c. 2. sess. 14. & c. 8. ead. sess. 23. de refor.

2 Mouetur dubium, † vtrũ examinatus, ac approbatus à suo Ordinario, & dimissus, vt ab alio ordinetur Epo, possit de nouo ab ordinatore examinari, & licet dici posse videatur, quod non sit denuo examinãdus, quia per primũ examẽ dicitur satisfactũ, l. boues, §. hoc sermone, ff. de verb. signif. nihil tamen obstat, quin etiam ab ordinatore possit examinari, Concil. c. xj. sess. 7. de refor. quod refert & sequitur Piasec. par. j. c. j. nu. 12. & hoc obseruatur in specie per Illustris. ac Reuerendis. D. Episc. Derthon.

Et quia Concilium dat facultatem Episcopis ægritudine im
3 peditis ad alienos Epos dimittendi suos subditos: † num Conciliũ procedat in alio impedimento præter ægritudinem, & idem quod supra dicendum inquit Genuens. de ordinatione regul. cap. 83. post nu. 4. verbo & Episcopos.

His

His sic enunciatis, cum liceat Episcopis suis subditis dimissorias concedere, vt ab alienis ordinentur Episcopis, hic aliqua circa litteras dimissoriales.
4 Quæro quis eas concedat, † & inquit Rebuf. for. dimissorial. literarum num. 6. quod eas concedat Eps originis domicilij, ac beneficij ac Vic. Epi Gen. & capitulum Sede vacant. late Fornarius ad Toletũ de ordine cap. 5. nu. 6. vbi de ministro ordinis, est enim iurisdictionis ordines cõferre, & cõcedere dimissorias Vinc. Grill. cõs. 142. n. 46.
Quod Vic. Episc. illas concedere possit, Idem in capit. Sede
5 vacant. vtendum est aliqua distinct. quod Vic. Epi illas possit concedere si ad hoc habeat speciale mandatum, vel Epo agente in remotis; & quid si Vicar. eas concedere solitus esset; quò ad Capitulũ Sede vacante dr anno vacationis elapso eas concedere posse, & ante annũ elapsũ illis tantum qui ad recipiendos ordines à benefitio arctãtur, citatur Quarãt. verbo ordo vers. vertitur fol. 374. Piasec. dict. cap. 1. part. 1. num. 13. Genuens. dict. cap. 83. eod. num. 4. & num. 12. vbi scribit quando Eps dicatur agere in remotis, vt Vicar. dimissoriales ipsas concedere possit, & Fornar. cit. cap. 5. num. 5.
6 Dixi † eas concedi ab Episc. originis, domicilij, & benefitij hoc etiam probatur vltra Rebuf. supra citatum: quia tripliciter quis efficitur subditus, & Diœcesanus Epi; Primo ratione originis; Secundo ratione domicilij; Et Tertio rõne benefitij, vt optime declarat Piasec. cit. cap. 1. n. 9. Cuch. de potest. ordin. n. 23. cũ alijs lib. 4. ti. 11. Quarãt. verbo ordo vers. Quò ad tertiũ cũ seq. fol. 372. in calce.
7 Ad hoc vt quis ratione domicilij admittatur, † sciendum quod illud continuatum esse debet animo mutandi domicilij, vt declarant Piasec. dicto nu. 9. vers. ratione domicilij

cilij

cilij, & Quarant. verbo ordo vers. circa tertium fol. 373. Vel ratione beneficij, ad cuius titulum quis tamē non debet admitti, nisi illud canonice obtineat, quodq; sit sufficiens ad uictum arbitrio Episcopi, vt Quarant. vers. circa secundum eod. fol. 373. & Piasec. eod. num. 9. vers. ratio
8 ne beneficij, † quod Episcopus possit ordinare non subditum ratione beneficij, etiā quod illud nō sit sufficiens ad victum. Tenet Mar. Ant. Cas. 28. ad resol. fin. lib. 1.

Videndū ad quē dirigi soleant hę dimissoriales; & obseruantia Episcoporū est quod dirigātur generaliter ad quemcumq; Episcopum gratiam, & Communionē S. A. habentem, quia si essent directe ad vnum Episcopū, quis ab alio
9 ordinari non † posset Rebuf. de literis dimissorijs, nu. 2. & 3. & Piasec citat. cap. 1. nume. 11. & ibi vt cum huiusmodi dimissis etiā dispensari possit à non Diœcesano ordinatore in casibus per Episcopū dispensari consuetis, sup interstitijs, tñ tēporū ad suscipien. ordines à concilio præscriptis, dispensare collator non possit, nisi hoc expresse
10 in dimissorijs cōcedatur † obseruatur, quod Epi dimittentes super interstitijs ex causa dispensare solent, & non alteri talē facultatē concedere: & sic obseruat Illustris. Præsul cum dimissoriales ad ordines subditis concedit.

Quid si Episcopus abesset à sua Diœcesi, æquidē posset concedere dimissorias in aliena diœcesi, & ordinandos etiam suo examini subijcere, & si absentes sint ad se vocare, vt
11 eos examinet si commodum erit, alioquin eorum examen Episcopo loci demandare, in quo degunt, & si aliquis absens fuerit per multos annos, ita vt ipsum, de vita, & moribus commēdare non possit, sufficit quod ipse ordinarius concedat ei litteras dimissorias, quæ contineant, qđ ordinandus non sit contumax, nec excommunicatus sed

de legittimis parentibus natus, informatio autem de vita, & moribus habenda est ex loco, in quo fuit versatus, Episcopus, cui diriguntur dimissoriæ, debet examinare tantũ de litterattura Genuenſ. dicto cap.83.nu.4.& sic obseruari dicit in Cur. Archiepiscop.

12 Cum quis vult suscipere ordines ab alieno Episcopo,† in dimissorijs exprimendũ quos ordines suscipere vellit, quia si exprimeret minores ordines, vel ordines simpliciter, eis vti non posset quò ad Sacros, Genuenſ.dicto nu. 4.verbo, & Episcopus; Ideo in transcribendis dimissorijs. Optime aduertendum tum per transcribentes, tum per eas impetrantes, hæc, & similia, linceis perpendit occulis D. Beccarius collega.

Videndum, num habens litteras dimissorias à suo Episcopo continentes facultatẽ suscipien. ordines à quocunq; anti-
13 stete, si antequam ordinetur, & sic re integra suus Episcopus moriatur, possit virtute illarum ordinari, affirmatiuè rendet Quarant.verbo Capitulum Sede vacãte vers. 2. dubitatur, sed monet vt ibi, addo Genuenſ.de potest. Capituli Sed. vac. cap.87.num. 39. pia sec.dicta par. 1. cap.1.nu.13. vers. semel.

Ponamus quod quis recipiat p. tonsuram ab alieno Episcõ-
14 po sine dimissorijs ordinarij † num imprimat Characte-
15 rem, & dicitur quod sic, † sed quod eius executio sit suspensa, & per consequens tali sic ordinato non possit cõferri beneficium, nec pensio reseruari, Parisſ. de resig.q.
16 2.num.57.cum alijs lib.4. † Sed quò ad executionem, dicitur satis esse ordinatum probare, vel licentiam proprij Episcopi ante actum, vel consensum post actũ, dicta quæst.2.nu.66. addo etiam ad punctum Rot.Rom. citat. decis.731.in nouiss.lib.1.

Ad

17 . Ad punctum cum in aliquo actu cōsensus requiritur † num in ipso actu, vel post interuenire possit, & doctores distinguunt, aut requiritur ad solemnitatem actus, aut per modum simplicis consensus ratione præiudicij præstantis consensum, & in primo casu in ipso actu interuenire debet, in secundo etiam ex post, Afflic. decis. 355. nu. 6. Osasch. decis. 166. nu. 8. in seq. Rol. cons. 97. per tot. lib. 1. Natt. cons. 651. Borgn. de tut. & curat. nu. 313. & seq. Thes. decis. 99. num. 11. Mys. lib. sing. obs. cent. 2. cas. 34.

Quis ordinatur ab alieno Episcopo sine licentia ordinarij,
18 † num actus ille ab ordinario ratificari possit Rebuf. cit. tit. de dimissorijs nu. 5. 11. & 29. sensit quod ratificari non possit tacite, nec expresse, quia non est ordinatio suo nomine facta: sed quod sit recurrendum ad S. A. & hoc antequàm alios assumat ordines, & antequàm ei conferatur beneficiū, Quarant. vers. ordo verbo amplia fol. 374. quia vt Rebuf. inquit dicto num. 11. dimissorie præcedere debent tonsuram, ac ordinum collationum.

19 Sed quid possit Eps hoc casu † dico posse dispensare, & absoluere sic promotū à suspensione incursa Piasec. tit.
20 de Confer. ordinib. num. 58. vers. absq; dimissorijs: † anno 1613. 19. Aprilis Illustrissimus Præsul in simili facto dispensauit, vt in actis Cancellariæ.

Supra dicebam non posse aliquem ordinari ab Epō non suo,
21 nisi receptis dimissorijs: modo quæro † quis ab alieno ordinatur Epō, in publica ordinatione, nū ordinatus præsumatur de proprij Epi licentia, & Rot. Rom. auctore Cæsare Grassio decis. vnica de præsumptionibus, qui hunc casum format, dicit valere ordinē susceptū, & de consensu proprij Episcopi, saltem præsumpto. Sed quia collatio

de qua auctor loqtur fuit collata ante Cõciliũ, ergo &c.
22 Quid de familiare nõ subdito, † num Episcopus illũ absq; dimissorijs proprij Præsulis ordinare possit: & affirmatiue scribentes, modo per triennium secum fuerit commoratus,& sibi in instanti Ecclesiasticũ conferat beneficiũ, ex quo per Collationũ beneficij vtsup. dicebam efficitur subditus, Concil. cap. 9. ead. sess. 23. Idem iudicandum si
23 Episcopus suo familiari patrimoniũ conferat, † quem nõ solum ordinare possit, at quod ẽt illum ad alienum Episcopum ordinan. transmittere valeat Paris. d. q. 2. num. 89. cum alijs: Quod sic dictũ circa beneficij collationũ, locũ ẽt habet eo ordinato, quò ad minores ordines, licet beneficium, pensio, vel patrimoniũ ex forma Concilij non requiratur, nisi in sacris ordinibus, ad punctum Quarant. vers. ordo verbo limita in eo fol. 375. & Rot. Rom. dicta decis. 731. num. 2. & seq. eod. lib. 1. Fornar. cit. cap. 5. de ordine num. fin.
24 Stat difficultas, † quando incipiat currere triennium, de quo in concilio, & dico sufficere, quod trienniũ inceperit antequã D. esset creatus Eps Genuens. d. cap. 83. nu. 3.
Et quia in ordinũ collatione ordinato dantur ab ordinatore litteræ testimoniales. pono subditus, suo Ordinario absente dimissoriatus, ab alieno Antistite recipit tonsurã, qui Collator in testimonialibus attestatur de Collatione
25 † nũ litteris ipsius Episcopi sit standũ, & Put. decis. 359. lib. 1. & 407. lib. 2. & Rot. Rom. in nouiss. decis. 1064. 1067. 1126. part. 3. lib. 3. affirmatiue respondent.
Quò ad dimissorias, quas regularium Superiores suis subditis pro ordinibus recipiendis dare solent dicam infra; Dum agam de ordinatione regularium.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ordines conferre non potest Episcopus in non sua Dioecesi.*
2 *Episc. munus in habenda generali ordinatione.*
3 *Ordinatio ab Episcopo habenda in propria ecclesia.*
4 *Tēpora cōferēdi ordines sacr.*
5 *Ordines minores extra tempora conferri posse.*
6 *Ordines minores an possint omnes simul vna die conferri.*
7 *Quid de prima tonsura cum quatuor minoribus.*
8 *Quid de Subdiaconatu cum minoribus.*
9 *Requisita in ordinū collatione.*
10 *Laudes Episcopi Bilij.*
11 *Ordines gradatim, & per tēporum interstitia conferendi.*
Furtiuè, & per saltum ordinati pena, num. 12. 13.
14 *Quae inquisitio praecedere debeat ordinationem.*
15 *Aetas requisita ad ordines.*
16 *Annus ceptus, quando pro cōpleto habeatur.*
17 *Annus ecclesiasticus in ordinum susceptione attenditur.*
18 *Ordinari nemo debet sine tit.*
19 *Episcopus debet prouidere necessaria clerico, quē sine titulo ordinauit, donec assequatur beneficium.*
20 *Potest quis ordinari ad titulū Seminarij, & seruitij in aliqua ecclesia, ac ad titulū beneficij habētis reddit⁹ īcertos.*
21 *Quid in Clerico regulari, qui ante professionem ordinetur sine titulo.*
22 *Beneficium ad quod quis est ordinatus non potest alienari nec renunciari.*
23 *Ordinatus sub ficto patrimonij titulo est ipso iur. suspēsus.*
24 *Quam poenam incurrat ordinatus ad Subdiac. ad tit. patrimonij, qui illud inde renunciauerit, qui postea fecerit se ordinari ad altiores ordines.*
25 *Quid si habita donatione interuenerit pactum de non petendo, vel de restituendo.*
26 *Quid de donatione Clerico facta ad alium effectum, quā vt promoueatur ad ordines, quam ante ordinationem retrocesserit, & inde ad Subdiaco-*

De modo, ac forma ordinationis facienda. Cap. V.

1 INquit Concilium cap. 5. Sess. 6. de reform. † nulli Episcopo liceat cuiusuis priuilegij prætextu Pontificalia in alterius Diœcesi exercere, nisi de ordinarij loci expressa licentia, & in personas eidem ordinario subiectas tantum; si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab executione Ordinum sint ipso iure suspensi, cuius Concilij verba sequitur Piasec. de confer. ordin. nume. 46. ergo in propria Diœcesi ordinatio celebranda.

2 Cum Episcopus † gñalem habere vult ordinationẽ, affigẽda est cedula, qua ij. qui ad sacrũ mysteriũ accedere voluerint ad Ciuitatem euocentur: Concil. cap. 7. Sess. 23.

3 Quæ ordinatio † ex ipso Concilio cap. 8. ead. Sess. 23. habenda est in Ecclesia Cathedrali, vocatis præsentibusq; ad id ecclesiæ Canonicis, si aũt in alio Diœcesis loco præsente Clero loci, dignior, quantum fieri potest ecclesia semper adeatur.

4 Tempora † à iure Statuta cõferendi Sacros ordines, sunt

quattuor

quattuor Sabbatha quattuor temporum anni, & Sabbatum ante Dñicam Passionis, & Sabbathum aliud hebdomadæ Sanctæ, & si ordines ipsi ab Episcopo extra tempora à iure Statuta cõferantur, ordinatus efficeretur suspensus ipso iure, & ordinator posset puniri Piasec. de confer. ordin. num 47. Quarant. verbo ordo vers. Deuenio fol. 372. Thesaur. de potest. Episcopi, cap. 4. num. 20. & 42. Cucch. de Tempor. ordinat. lib. 4. tit. 13. Tolosan. cap. 11. num. 4. lib. 16. & Rebuf. glo. 1. de Cler. ad Sacr. ord. malè promot. & ibi Rebuf. quare potius in Sabbatho, quàm alijs diebus; & id fieri dicit, quia illa dies SpirituiSãcto consecrata est, cuius bona in ordinibus recipiuntur, vel Sabbathum notat requiem, quia ordinati a Sacris transeant ad requiem ordinis clericalis, de labore secularium negotiorum.

Limita, nisi ex speciali Summi Pontificis gracia aliàs caueatur, quia tunc Episcopi Sacros ordines, in diebus Dominicis, ac alijs festis diebus conferre possunt, & in dies à Sede Apostolica obtinentur breuia ad ordines extra tempora nuncupata, ita senciunt præcitati scribentes.

5 Quò ad ordines minores non ambigendum quin † Episcopi etiam extra tempora illos conferant? debent tamen de vno ad alium, & in minoribus, & in maioribus ordinibus debita temporum interstitia intercedere, nisi aliud Episcopo expedire videatur. Concil. cap. 11. ead. sess. 23. Cucch. eod. titulo num. 16. Thesaur. citat. cap. 4. nu. 21. & seq. & Piasecc. eod. num. 47. vbi monet modo ordinatio ordinum minorum non sit ita frequens, vt videatur generalis ordinacio Rebuf. citat. gl. nu. 3. cum alijs.

6 Quos ordines minores † solent Episcopi quandoque simul ac semel conferre, super quo poncto citatur Mar.

Ant.

Ant. resol. 26. ad resoiut. final. lib. 1.
7 Maior dubitatio † vtrum Episc. simul ac semel vni eadem die primam tonsuram, ac quatuor minores conferre possit, discrepant doctores, nam Cucch. citat. tit. de tempor. ordin. num. 17. damnat ne id fiat, & Rebuf. in regul. Cancellariæ vers. Item capiens vno die fol. 513. attestatur tamen contrarium seruari? Sacra Congregacio vt refert Genuens. de ordinacione regul. cap. 83. num. 1. circa finem declarauit Carthusianos clericali tonsura insignitos, vno eodemq; die posse promoueri ad ordines minores propter eorum vitam solitariam ergo &c.
Rursus an subdiaconatum simul cum minoribus eodem die
8 possit † Episcopus conferre, citatur Piasecc. de conferend. ordin. num. 50. vers. Huc spectat.
9 Addo † duos sacros ordines eod. die conferri non posse, & quòd in missa conferantur maiores, quòd in minoribus non ita statuendum, nam eos conferri posse absq; missa, & ab Episcopo non ieiuno scribit Piasec. eod. num. 50. Congruum tamen est quòd etiam minores conferantur
10 ab Episcopo ieiuno † & sub Illustrissimo præsule semper eos conferri vidi in missa, Idem per alios Reuerēdissimos Antistetes obseruari existimo.
11 Cum ordines † conferendi veniant per temporum intestitia, maximè ordines Sacri, vt etiam doctè scribit Menoch. in Addit. de Arbitr. Cas. 546. lib. 2. Cent. 6. sequitur quod gradatim in illis conferendis sit procedendum. inchoando à prima tonsura per ordinem, & sic successiuè
12 † non per saltum, vt si quis à Subdiaconatu accederet ad Sacerdotium omisso diaconatu, quod dicitur fieri per saltum, nam sic ordinatus, licet recipiat characterem, interdicitur tamen ei executio ordinis, quē recipit, donec

quod

quod est omissum: suppleatur idest Diaconatus collatus sit; & si ordinatus in ordine suscepto non ministrauerit, poterit cum eo Episcopus dispensare & conferre diaconatū? Si vero in ordine suscepto ministrauerit solus Pontifex poterit dispensare, quandoquidem effectus est irregularis, & incidit in pęnam clerici non ordinati ministrantis; Concil. cap. 14. in final. verbis ead. sess. 23. Cucch. de His qui ad ordin. num. 246. Tholosan. cit. cap. 11. nu. finali lib. 16. & Piasecc. dicto nu. 50. verbo requiritur.
13 Quid de ordinato furtiue † idest sine examine, qui ingerit se cum alijs approbatis ignorante Episcopo; tunc si hoc erat prohibitum ab Episcopo ordinante sub pœna excommunicacionis ipso facto incurrenda, tunc is ordinatus non poterit in suscepto ordine ministrare, nec ad altiorem ordinem ascendere sine Sedis Apostolice dispensacione? Si tamen Episcopus dicat non intendimus ordinare non examinatos, & approbatos, tunc qui se ingerit non erit ordinatus, immo iterum est ordinandus, prius peracta pœnitentia iniuncta antequam ordinetur, Tholosan. dicto cap. 11. num. 3. 4. Cucch. de His qui ad ordin. nu. 244. & seq. Piasecc. citat. tit. de confer. ordin. nu. 49. vide scripta num. 5. cap. 9.
14 Antequam Episcopi se ad ordinacionem accingant † fit scrutinium circa ætatem, qualitates animi, & corporis, scientiam, & alia de quibus supra Concil. cap. 7. ead. sess. 23. Cucch. de His qui ad ordin. num. 240. ætas ad sacros ordines hodie est præscripta à Concilio cap. 12. ead. sess.
15 † 23. pœna ante ætatem requisitam se se ordinari facientium, est quod ipso facto efficiuntur suspensi Piasecc.
16 de confer. ordin. nu. 23. verbo pęna, & † hoc loco sufficit per diem annū attegisse Thesaur. dicto cap. 4. nu. 31.

quia annus ceptus habetur pro completo: quando annus ceptus habeatur pro completo, quando non, docet Ias. in alijs terminis in l. si cui legetur ff. legat. 1.

17 Et quia concilium cap. 13. ead. sess. 23. † inquit promoti ad Sacrum Subdiaconatus ordinem, si per annum saltem in eo non sint versati ad altiorem gradum, nisi aliud Episcopo videatur ascendere non permittantur? notandum circa annum interponendum de vno ordine Sacro ad alium, esse attendendum annum ecclesiasticum, non solarem, Ideo si quis ad Subdiaconatum quatuor temporibus quadragesime promotus fuerit, post anno sequenti eisdem quatuor temporibus quadragesime ad diaconatum promoueatur, valet collacio, licet annus integer non sit elapsus, declaracio Sacre Congregacionis auctore Quarant. verbo ordo versiculo additio circa fin. fol. 393. & Fornar. ad Toletum de ordine cap. 3. nu. 4.

18 Modus ordinacionis est† vt non absolutè fiat ordinatio, sed cum Titulo? Ideo sciant Clerici Seculares, qui se ordinibus Sacris alligari cupiunt, eos non admitti, nisi vltra prædicta scilicet, ætatem; mores, scientiam, ac alia de quibus supra, habeant etiam titulum, .i. beneficium ecclesiasticum, pensionem, vel patrimonium vt commode viuere possint, Concil. cap. 2. sess. 21. de refor. Sbroz. de officio vicarij quæst. 56. lib. 1. Tholosan. dicto cap. 11. in principio Genuens. citat. cap. 83. num. 2. Thesaur. de suspens. & Interdict. cap. 39. num. 35.

19 Dico tamen quod si quis † ordinetur sine titulo, nullam pęnā incurrit, sed quod ab Episcopo ali debeat, donec beneficiū ecclesiasticū fuerit assecutus Sbroz. & Genu. ibi.

20 Quid si Clericus † neutrum horum habeat, num ordinari possit, affirmatiuè respondent scribentes, dum

admittunt quod possit ordinari ad titulum seruitij in aliqua ecclesia, cui ascribuntur, & deseruire tenentur in ordine suscepto? & ad titulum Seminarij causa inseruiendi beneficio vnito Seminario. Paris. de resig. quęst. 6 nu. 32. & seq. lib. 2. quem sunt secuti Quarant. verbo ordo vers. accepi fol. 386. Piasec. de Conferen. ordin. nu. 45. Genuens. citat. cap. 83. eod. num. 2. vers. Potest. plus dico posse ordinari etiam ad titulum beneficij habentis redditus incertos casuales mortuariorũ, & anniuersariorum si communiter rediguntur in certam summam Genuens. dicto cap. 83. num. 9. vers. circa.

Dixi clericos seculares Sacris ordinibus iniciari non posse
21 sine titulo, hoc idem locum habere dico † quò ad regulares non professos, qui si ante professionem ordinentur sine titulo sunt ipso facto suspensi, & exercendo ordines fiunt irregulares, nec possunt absolui, nisi à Sũmo Pontifice, & Eps ipsos ordinans à præstacione talium ordinũ per annũ est suspensus, Genuens. eod. nu. 2, vers. ordinatus.
22 Quæritur vtrum † ordinatus ad titulum beneficij, pensionis, vel patrimonij post susceptum ordinem possit beneficium resignare, pensionem extinguere, vel patrimoniũ alienare, & dicitur quod non ex citato cap. secundo sessione 21. donec aliud ecclesiasticum beneficium sufficiens ad eius sustentacionem fuerit assecutus, aut aliunde habeat vnde commode viuere possit, quod beneficium etiam resignare non potest ex allegato cap. 2. nisi facta mencione quod ad illius beneficij titulum sit promotus, addo Paris. q. 6. num. 175. cum alijs lib. 5. Quarant. tit. benefic. resignac. vers. circa renunciacionem fol. 106. Thesaur. de suspens. & Interd. cap. 39. nu. 34. 35. & 36.

Et quia in constituendis patrimonijs clericis secularibus, vt

ad Sacros recipiãtur ordines, multe fraudes sequi possunt, hic aliqua subijciam.
23 Clericus † non habens beneficium, pensionem, nec patrimonium, fictè non autem realiter à parente, vel ab amico patrimonium obtinuit vt ad Subdiaconatũ admittatur? quid de eo iudican: dico quod est ipso iure suspensus, nec ad superiorem ordinem ascendere potest, nisi se cum fuerit dispensatum Thesaur: dicto cap. 39. nu. 33.
24 Quid in eo † qui post ordinacionem ad Subdiaconatum ad titulum patrimonij sibi donati, illud renunciauit, & retrocessit in fauorem donantis, vel alterius, qui fecerit postea se ordinari ad superiores ordines: quæritur vtrum incurrat aliquam censuram, & irregularitatem, & negatiue respondetur, quia actus est nullus ex disposicione præcitati Concilij cap. 2. sess. 21. sic scribit Quarant: verbo ordo vers. quotidianus casus fol. 381.
25 Quid si habita donacione † .i. postquam habuerit donacionem ad titulum patrimonij, vt ad Subdiaconatus ordinem admittatur, precessisset siue interuenisset pactum, seu conuencio occultè facta de non petendo vel restituendo postquam ordinatus fuerit, an cadat in pęnam su-
26 spensionis ab ordine † quid si clericus, cui non ad effectum vt promoueatur ad ordines, sed simpliciter facta esset donatio, illamque ante ordinacionem retrocesisset, & postmodum eius pretextu ad illius titulum (nulla retrocessionis mencione facta) ad Subdiaconatum promotus
27 esset † vel si à patre, vel fratribus ei vti clerico facta esset alicuius possessionis donacio fictè, & in publicam fraudem, veluti ad euitandum solucionem gabellarum; seu Collectarum, cuius ipse clericus nudum tantum nomen retineret, qua donacione absq; donatoris consensu po-

stea vsus fuisset pro titulo ad effectum suscipiendi ordines, quid hisce in casibus statuendum, beneuole lector comperies penes Quarant: verbo ordo vers. quod intellige eod. fol. 381.

Clericus in propria patria obtinet tenue beneficium, addit patrimonium vt ad sacros admittatur ordines, si vtrumq; simul est sufficiens potest ad vtrumq; ordinari ab Episco-
28 po patriæ † quid modo si beneficium tenue haberet extra propriam patriam, & ibi adiuncto patrimonio, à quo
29 sit ordinandus † dico ab Episcopo beneficij ordinari non posse, absq; dimissorijs Episcopi propriæ patriæ; ob suspicionem fraudis declinandi iurisdictionẽ Episcopi propriæ patriæ, cum ratione beneficij, vtsupra dicebam quis efficiatur de foro Episcopi ordinantis Rot. Rom. citat. decis. 731. num. 15. lib. 1. quæ fraus præsumeretur: si beneficium fuisset de proximo collatum, Item si reuerteretur ad habitandum in propria patria, & vt latius colligitur penes Quarant: eod. verbo ordo ad vers. 2. extende verbo insuper fol. 386.

30 His sic peractis cum de patrimonio † verba fecerim? videndum quid obseruetur in hoc foro circa assignationẽ quæ fit clerico non beneficiato, nec pensionem habenti, vt in sacris ordinari valeat, obseruantia tempore meo fuit, & est, quod exponitur Adm. Illust. & M. Reuerẽdo D. Vicario Generali Curiæ quod N. Clerico N. de Ciuitate, vel diœcesi Papiæ, promoueri cupienti ad Sacram Subdiaconatus ordinem non habenti beneficium ecclesiasticum, nec pensionem, N. sibi beneuolus vult assignare pro patrimonio ad effectum prædictum, quædam bona stabilia, ea describendo per latera, & confinia, exponendo, ea esse propria, & allodialia eius, qui ea assignare vult,

ab

ab eo pacificè possideri, ita quod de eis liberè disponere potest, quodque sunt annui redditus scutorum triginta auri, omni onere deducto? qua exposicione his, & similibus verbis premissa, In Cancellaria ex ordine M. R.D. Vicarij super narratis debite recipiuntur informationes, quibus sumptis, ac eis bene perspectis per prefatum D. Vicarium? Coram eo fit Instrumentum donacionis, siue assignacionis patrimonij per donatorem fauore donatarij præsentis ac recipientis, & fit cum condicione, si tamen & dummodo donatarius admittatur ad Subdiaconatum &c.

31 Sed quia † multoties contingit per parentes filijs clericis. vel consanguineos, seu beneuolos, fieri similes assignaciones siue donationes extra ciuitatem, quibus D. Vicarius ob illius absenciam, suum non interponit decretum.

Dubitari contingit an similia Instrumenta valeant, necne, de quo aliàs interrogatus respondi, vt infra exarabo.

Dico quòd licet donatio excedens quingentos aureos non valeat, vbi à iudice insinuata non sit, vt est text. in l. sancimus C. de Donat. Papiens. pract. gl. solemniter for. libelli pro donatione Gabriel. suis comm. opin. concl. 1. eod. titulo lib. 3. & Clar. §. Donatio quæst. 15.

In hac tamen facti specie, in qua fit donatio ad vitam tantum clerici promouendi ad sacros ordines, dicebam esse huius sentenciæ, vt donatio valeret absq; iudicis insinuacione, motus ad sic dicendum auctoritate gl. dicte l. Sancimus, glose verba, aut stipulatus sum mihi dari dum viuo, aut dum donator viuit, & tunc si excedit legitimam summam, nec est necessaria insinuacio.

Super quo poncto an insinuacio suppleatur per iuramentũ,

&

& verum huiusmodi donaciones sint simplices, vel ob causam, præuideatur Bertazzol conf. 115. num. 10 Steph. Gratian. discept. Forens. cap 82. num. finali, & cap. 159. & Gabriel. consil. 57. nu 13. lib. 2.

Præter id quod est obseruancia in hoc foro, quod quando recipitur Instrumentũ extra Ciuitatem, ipso Donationis Instrumento ad titulum patrimonij in actis præsentato, denuo verifficantur omnia de quibus supra? quibus legitime verificatis, tunc D. Vicarius patrimonij Instrumentum insinuat ac approbat mandans donatarium admittendum ad titulum patrimonij, quæ insinuacio si valet etiam facta extra locum iudicij, cum sit actus voluntarie iurisdictionis, qui vbique exerceri potest vt inquit Clar. dicta quæst. 15. vers. vlterius quæro: ergo tanto fortius ipso Instrumento re integra .i. antequam clericus admittatur ad examen à Domino Vicario approbato, & confirmato vt penes Bar. l. Modestinus ff. de donat. per text. in l. finali §. penul. C. de donat. ante nupt. quem refert, & sequitur Papiensis dicta glo. solemniter num. 11. in 2. opinione.

32 Sumopere ego commendarem quod obseruaretur † dispositio concilij citat. cap. 2. sess. 21. silicet quod antequam donatarius admitteretur ad Subdiaconatum, fidem faceret in actis cancellariæ, donatarium esse in possessione, vel quasi rei donate, ibi concilium, eo quoque prius perspecto, patrimonium illud, vere ab eis obtineri, quod etiam voluit Thesaur. dicto cap. 39. citato nu. 35. 36.

Rursus quod à parocho fierent debite publicaciones de patrimonio prædicto ad omnes fraudes tollendas.

33 Obseruãtia † in Curia Archiepiscopali Neapolitana, ea est, quod producitur Instrumentum publicum ab vtraq; parte Iuramento vallatum prædictam assignacionem esse realem,

&

SVMMARIVM.

1 De indumentis quibus in generali ordinatione Epi vtūtur.
2 De pallio quo vtūtur Epi Pap.
3 Pallium non egreditur personam.
4 Vicarius Episcopi eādem personam representat.
5 Episcopo, que competunt ratione ordinis, & dignitatis non transeunt in vicariu n.
6 Ordines quibus Cerimonijs cōferantur.

De Indumentis, & Cerimonijs in ordinum Collatione.
Cap. VI.

1 CVM Episcopi † generalem habent ordinacionem, debitis indumentis vestiuntur, & tenent baculum, annulum, Mitrham, Sandalia, vestem lineam summam, & chirotecas, baculus denotat dignitatem, & potestatem in subditos sibi demandatos, annulus quod sit sponsus Ecclesiæ, Mitrha, vt scientiam vtriusq; testamenti capitis sui esse ornatum cognoscat, & aliquo modo metuendus populo videatur, Sandalia, que vigilantissimam gregis Curam significant, vestis linea summa, quæ puritatem, & chirotecæ, quæ manus ab omni humana cogitatione conseruandas esse admonent, & vt Seriosius legitur pęnes Tholosan. cap. 12. nu. 38. cum alijs lib. 15.
Sed Illustrissimus præsul qui ex priuilegio Apostolico, & Pallio vtitur, in generali ordinacione, ac solemnibus diebus, quibus missam celebrat, vt est natiuitas Domini Nostri Iesu Christi, eiusq; dies Circuncisionis, dies festus Santi Stephani, qui est Titularis Cathedralis, Santi Io. Euangelistæ, Epiphaniæ, Dies palmarum, Cæne Domini, Octaua Pentecostes Natiuitas S. Io. Battistæ, cuius nomine etiā imbutur Illustrissimus præsul, dies festi omniū

Apostol: ideo, pallio etiam induitur, quo regulariter alij Epi non vtuntur, & de pallio, ac illius priuilegio, quibusuè diebus per Episcopos ac Archiepiscopos gestari possit latissimè habetur penes Cucch. de pallio lib. 4. tit. 6.

3 De pallio loquendo, dico, † priuilegium pallij fore personale, in tantum quod obito Archiepiscopo, vel Episcopo, illud ex priuilegio deferentibus, cum pallio sint sepulturæ tradendi, Cucch. cit. loco nu. 25. & Sbrozz. de offic. vic. quæst. 7. num. fin. lib. 2.

De dignitate Pastorali loquendo, dico quod licet Vicarius coruscat radijs Episcopi, & sit honorandus vt Episcopus, & primũ locum post Episcopum obtineat Thesaur. de Vicarijs cap. 10. nu. 11. & 12. Paris. de resig. quęst. 24
4 lib. 7. & Sbrozz. quæst. 24. eod. lib. 2. † nihilominus ea quæ Episcopo competunt ratione ordinis, & dignitatis,
5 non transeunt in Episcopi Vicarium siue L. T. † secus in concernentibus Iurisdictionẽ, vt late penes Sbrozz. eod. tit. quæst. 1. cum alijs eod. lib. 2. qui eruditè docet.

Viden. de Cerimonijs quibus vtuntur Epi in ordinibus con-
6 ferendis, & dico quod præsbiter ordinãdus † stola vtroq; humero ambitur, & Episcopo eum benedicẽte, & manum super caput eius tenente, etiam omnes presbyteri pręsentes manus suas super caput illius ponere debent, & dum Eps consecrat, Cunctis Sacerdotibus sigillatim dicit, Cõsecrare, & santificare digneris manus istas, per sanctã Vnctionem, & nostrã benedictioné, vt quecumq; benedixerint benedicantur, & quecũq; consecrauerint, consecrentur, & santificentur in nomine Dñi nostri Iesu Christi.

Diacono dum ordinatur, solus Episcopus, qui eum benedicit, manus super caput ponit, quia non ad Sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.

Subdia-

Subdiaconus manus impositionem non accipit, sed calicem vacuum cum patena vacua superposita ab Epo porrectū, dextera manu tangit, & de manu Archidiaconi, cuius vice nunc funguntur Cathedraliū Magistri ceremoniarum, tangit vrceollos cum vino, & aqua, & bacile cum manutergio capit Subdiaconus.

Acolytus dum ordinatur, ab Episcopo est docendus qualiter in offitio suo se gerere debeat, & tangit candelabrum cum candela extincta ab Epo porrectum, vt sciat se ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari, & vrceolum vacuum ad suggerendum vinum in Calicem.

Exorcista accipit de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi Episcopo, accipe, & cōmēda memoriæ, & habe potestatem super energumenos siue baptizatos, siue Cathecumenos.

Lector cum ordinatur, Episcopus facit de eo verbum ad plebem, postea tradit Codicē, in quo lecturus est dicens Accipe, & esto relator verbi Dei, habiturus, si fideliter, & viriliter impleueris officium tuum, partem cum eis, qui verbum Dei, bene administrauerunt ab initio.

Ostiariatus cùm ordinatur, postquàm ab Archidiacono instructus fuerit qualiter in Domo Dei debeat conuersari, ad suggestionem Archidiaconi, seu Magistri Ceremoniarum, tradit ei Episcopus Claues Ecclesiæ de Altari dicēs, sic ages quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quę his Clauibus recluduntur, sic discurit Thesaur. de potest. Episcopi, cap. 4. num. 18. & Piasec. citat. tit. de confer. ordin. num. 51. vbi vide.

S V M M A R I V M.

1 *Ordinādorū qualitates animi, corporis, & bonorū spectāde.* 2 *Fæmina si ordinatur non recipit Characterem.*

E 2 3 *Herma*

3 *Hermaphroditus ordinari non debet, & quando recipiat Characterem.*
4 *Non baptizatus non debet ordinari; & ordinatus non recipit Characterem.*
5 *De Baptismo, & illius efficacia.*
6 *Illegitimi ordinari prohibẽtur.*
7 *Episcopus dispensare potest illegitimos quoad primã tonsuram, & quo ad minores.*
8 *Dispensatio precedere debet ordinum Collationem.*
9 *Filiorum species quamplures.*
10 *Filius in dubio an præsumatur legitimus, vel illegitimus.*
11 *Infames non debent ordinari.*
12 *Infamia quotuplex.*
13 *Corpore viciati ordinari non debent.*
14 *Eunuchus an ordinari possit quid si vno testiculo tantũm careat.*
15 *Bigamus ad ordines promoueri non potest.*
16 *Bigamia triplex.*
17 *Bigamus, vbi sit promotus, recipit tamen Characterẽ.*
18 *Bigamus ordines sine dispensatione suscipiens; ipso iure est suspensus.*
19 *Dispensacio à Summo Pontifice obtinenda.*
20 *Episcopis non esse permissum vt cum bigamis dispensent vt exerceãt minores ordines ante bigamiam susceptos.*
21 *Bigamus nõ potest esse Vicarius Episcopi.*
22 *Excommunicati, homicidæ, banniti, & alij quã plures ordinari non debent.*
23 *Obligati ad ratiocinia promoueri non debent.*

Qui ad ordines non recipiantur. Cap. VII.

1 CVM ordinandorũ † qualitates, animi, corporis, &. bonorum sint spectandæ, cũ Sacerdotes expediat esse pauciores bonos, quàm plures indignos, vt docet Tholosan. par. 2. cap. 10. lib. 16.

Hoc loco recensebo aliquot genera personarum non admittendarum ad ordines.

Accedo

Accedo ad fæminarum genus, quarũ animus plerunq; vagus
2 & instabilis est, & dico † eas ordinari non posse, in tantũ quod si fæmine ordines conferantur, quod non recipiat Characterem, Piasec. de Confer ord. num. 17.

3 Hermaphroditus non ordinatur, † & ordinatus non recipit characterem quando magis inclinat in fæminam, quã in masculum, si vero magis in virilem sexum, quàm in fæmineum inclinet, ordinatus recipit characterem, ordinari tamen non debet Piasec. ibi num. 18. Cucch. de His qui ad ordines num. 8. lib. 4. tit. 12.

Non Baptizatus ordinari non potest, & ordinatus non reci-
4 pit characterem, † quia Baptismus vt supra dicebam, est Ianua omnium Sacramentorum Piasec. cit. loco num. 19.

5 † & de Baptismo, & illius efficacia plena manu scribit Tholos. cap. 4. par. 1. lib. 2. & Cucch. de Baptismo lib. 5. & vt dicebam ad Cap. primum.

6 Illegitimi ab ordinibus arceantur, † quia clericalis ordinis dignitas homines eiuscemodi respuit, & criminis paterni detestacio, incontinentiæq; paternæ immitandæ suspicio, eos admitti non sinunt Cucch. cit. tit. de His qui ad ord. num. 22. cum alijs Tholosan. cap. 10. nu. 18. lib. 16. Piasec. cit. tit. de Confer. ord. nu. 25. 26. Quaranta verbo Illegitimi vbi Bullæ Pontificiæ, fol. 283.

Cum quibus illegitimis, potest tamen Episcopus quò ad ordines minores, & quo ad simplex beneficium dispensare,
7 † non autem quò ad sacros, in quibus requiritur Summi
8 Pontificis dispensacio, † & cum Episcopus ad ordines minores promouet illegitimos, dispensatio super deffectu natalium ordinũ collationem præcedere debet, aliàs nihil actum esset, quamuis Episcopus non ignoraret natalium defectum, Cucch. cit. tit. num. 26. & seq. Tholosan.

dicto

dicto capit. 10.num. 19.Put. decisione 407.lib.2.
Cum de illegitimis filijs sit sermo, non extra rem dico, quod
9 scire cupiens † quot sint filiorum species, videat Angel. Arct. super Instit.§.1. num.8. de pupil.substit. Papien. pract. gl.2.num.4. Heredit.ab intestat.Nat.cons.623. Rol.cons.12.lib.4.& cons.96.num.20.& sequent.lib.3. & alijs in locis,
10 Moueo dubium, vtrum † filius in dubio præsumatur legitimus, vel illegitimus, quò ad omnes effectus, citatur Rot. Rom. auctore Cæsare de Grassis decis.1.qui filij sint legitimi, vbi patrũ distinctiones litteris aureis cõscribendæ.
11 Infames non ordinantur, † quæ infamia secundum ius ci-
12 uile duplex, & secundum ius Canonicum triplex, † Piasec.cit.tit.num.28.& seq.Cucch.cit.tit.num.146. cum alijs Ias.l. cunctos populos in secunda lectura, num.43. cum alijs C. de summa Trinit. Rol.cons.3.num.21. cum alijs lib.3. & Capicius decis. 32. num. 7. & sequ. & ibi contra infames plura.
13 Corpore viciati non ordinantur, † vt si quis sit cæcus, & cæcitas sit in oculo sinistro, cũ hic vocetur oculus canonis & quæ causat irregularitatẽ, monoculus, surdus, mutus, & alij qui corporis defectum paciuntur, qui scandalum, & horrorem generet, Piasec. supra citat. num, 33.cum alijs Cucch.eod.loco nu.55.cum alijs Genuens.de monoculo loquens cap. 94. Thesaur.dicto cap.4.num.34. Menoch.de Arb.cas.226.lib.2.Cent.3.
14 Quid in Eunucho siue castrato † quãdo admittatur ad ordines, quãdo non, & quid ad matrimonium quiduè si vno testiculo tantum careat Cucch.eod.loco nu.58.cum alijs Thesaur.de Sponsal.ac matr.cap.24.nu.102. cũ seq. & Menoch.in Addit.de Arb. cas.519. ad lib.2. Cent.6.

Bigami

15 Bigami non admittuntur,† quia bis coniugatus non pôt significare vnionem Iesu Christi cum Ecclesia vnica, & Sancta sua sponsa, quam excellentia Sacramenti ordinis meretur. Thesaur. dict. cap. 4. num. 35. & nu. 40. vbi alias adfert auctor rationes, & cap. finali, num. 5. & 6.

Cum de bigamo dixerim, examinan. quotuplex sit bigamia, & dicitur triplicem esse bigamiam, alia vera, alia interpretatiua, alia similitudinaria, vera bigamia est eius, qui successiuè duxerit duas vxores virgines, vnam post Matrimonium, alterius, Interpretatiua cum quis viduam corru-
16 ptam in vxorem duxerit, similitudinaria est† quam incurrit ordine sacro insignitus, vel voto solemni adstrictus cũ aliqua etiã vnica virgine cõtrahens & consumans Thesaur. dict. cap. 4. nu. 36. & seq. Cucch. supra citatus nu. 153. cum seq. Piasec. qui supra num. 37 cum seq. Toletus copiose de bigamia cap. 61. 62. & 63. lib. 1.

Firma est conclusio bigamũ ad ordines promoueri nõn pos-
17 se† Quid modo si promoueatur recipit æquidem Characterem, sed non habet ordinis executionẽ Thesaur. dict. cap. 4. num. 39.

Caueant bigami ne ordines suscipiant, nisi præuia dispensatione, alias bigamus est ipso iure suspensus Thesaur. de
18 susp. & interd. cap. 39. num. 41. † & quæ dispensacio à Summo Pontifice est obtinenda, cum ex defectu Sacra-
19 menti sint irregulares Thesaur. cap. 40. num. 5. & seq. † plus dico Episcopis non esse permissum dispensare cũ bigamis, vt exerceant minores ordines ante bigamiam su-
20 sceptos Genuens. de bigamo cap. 113.

21 Addo etiam bigamis † esse prohibitum quominus exerceant officium Vicarij Generalis Episc. nisi sint absoluti à bigamia impedimento, & cælibatum obseruẽt Cucch.

de

de Vicar. Episc. num. 55. lib. 2. titul. 8. quo titulo multa circa Vicariatus officium scripta reliquit de quibus aliqua exarabo ad litteras patētes Vicariarus D. Borgnini. Sunt, & alij qui promoueri non possunt, vt sunt excōicati,
22 Homicidæ, banniti, † ac multi alij, & vt penes præcitatos Doctores.
23 Illud tamen sub silentio non præteribo, † ad ordines promoueri non posse eos, qui aliquibus rationibus publicis, vel priuatis sint obnoxij, & de quibus loquitur tex. in l. officiales. C. de Episc. & Cler. addo ad casum videndos Cucch. supra citato tit. de his, qui ad ordin. num. 231. cū alijs Tholosan. part. secunda, cap. 10. num. 20. lib. 16. ad hæc ēt addo Fornar. ad Toletum de ordine cap. 4. per tot. vbi declarat quibus prohibitum sit ordines recipere.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus Ante ætatem, ad Sacros Ordines quas censuras incurrat.*

2 *Episcopus dispensare non potest super irregularitate incursa ob pro motionem ad ordines Sacros ante tempus.*

3 *Quid in ordinato ante ætatem ad minores.*

5 *Quid in ordinato ad Sacros ordines ante ætatem, sub fide parentum.*

6 *Ordinatus ad Sacros ordines extra tempora est suspensus donec à S. A. fuit dispensatus, & si ministrare præsumpserit efficitur irregularis.*

7 *Suspensus est, qui eodem die capit plures Ordines Sacros.*

8 *Ordinatus ad minores ab alieno Episcopo absq; dimissorijs proprij Prelati quas penas is, & collator ordinum incurrant.*

Quid in ordinato cum dimissorijs falsis eod. num. 8.

9 *Quid in ordinato ab Episcopo non habente gratiam, & cōmunionem S. Apost.*

10 *Quid in ordinato ab Episcopo qui*

qui Episcop. iã renũciauerat.

11 Ordinatus ab Episcopo originis ad Subdiaconatum. Inde translato domicilio, num ab Episcopo domicilij ordinari possit ad Diaconatum.

12 Suspensus is est, qui obtenta dispẽsatione à S. A. ad ordines à quocunq; Antistite, si ordines susceperit absq; ordinarij dimissorijs.

13 Suspensio quid sit.

14 Suspensionis pœnam multis de causis Episcopi incurrunt.

15 Irregularitas quid sit, & quibus in casibus incurratur.

De Clericis malè promotis, & promouendibus. Cap. VIII.

SVpra dicebam in recipiendo ordines sacros, circa ætatem attendendum esse concilium cap. 12. sess. 23. de reforma. quicdquid circa ætatem dixerit Rebuf. glo. 2. de Clericis ad Sacros ordines male promotis, vbi examinat ætatem quò ad omnes ordines? monitos esse velim clericos ne ante legitimam ætatem ordines prædictos recipiant, quia is, qui ante ætatem eos recipit est ipso iure suspensus ab ordinum executione, & si in eo ministrare præsumpserit efficitur irregularis, & quod de suspensione dixi non solum suspensio durabit vsq; ad legitimam ætatem superuenientem, Immo erit perpetuò suspensus
1 donec absolucionis beneficium consequatur † Quarant: verbo ordo vers. colliguntur fol. 371. Genuens. de ordinac. regular. cap. 83. nu. final. & ibi etiam dicit quod suspensus indigeat absolucione Apostolica, addo etiam Mar. Ant. resol. 16. nu. 11. lib. 3. vbi vult Episcopum non posse dispensare super irregularitate incursa ob promo-
2 tionem ad ordines Sacros ante tempus † & in hoc non esse attendendum id quod dicit Rebuf. dicta gl. 2. num. 8. vbi vult quod ordinatus ante tempus sit suspẽsus ab exe-

cutione ordinis vsq; ad ætatem legitimam ex quo loquitur secundum ius commune cui fuit derrogatum per Bullam Pij Secundi, de qua Genuens: loquitur & Quarant: vide scripta num. 4. ad Cap. 9. vbi dixi quando Episcopus possit dispensare.

3 Quod sic dictum quò ad suspensionem† locum non habet in eo, qui suscceperit ordines minores ante debitam ætatem, Quarant: verbo ordo vers. 2. limita fol. 377. & Piasec. de confer. ordin. num. 24. Respectu vero Episcoporum ordinancium ante ætatem, dicit Piasec. recurrendum esse ad iura antiqua, vt videlicet possint suspendi à collatione ordinum per superiorem, non tamen sint ipso facto suspensi.

4 Quid in accipiente præsbyteratum ante ætatem† vtrum suspensionem, & irregularitatem simul incurrat, & videatur Quarant. eod. titulo verbo 2. amplia ad vers. colliguntur eod. fol. 371.

5 Quid in eo† qui ordinem Sacrum ante legitimam ætatẽ sumpserit, in quo bona fide ministrauerit, sibi licere putans, qui credidit attestationi parentum circa ætatem? vtrum ceciderit in irregularitatem, & negatiuè respondet Quarant. verbo ordo vers. quibus fol. 376. quia punitur is, qui dolo aliquid facit, secus si bona fide, ignoranter, aut imprudenter, seu inaduertenter aliquid fiat. Creditur enim in materia ætatis, dicto parentum, vel testium, l. de ætate ff. de Minor. Rebuf. de litt. Primæ tonsur. num. 13.

Caueant etiam clerici ne se ad Sacros ordines ordinari faciant extra tempora à iure statuta† ex quo ordinatus extra tempora est suspensus donec à S. A. fuerit dispensatus, quæ suspensio est inducta ipso iure, & qui suspen-
6
sione

sione huiusmodi durante, in eisdem ordinibus ministrare præsumpserit irregularitatem incurrunt, & beneficijs ecclesiasticis possunt iure priuari, Thesaur: citat. cap. 4 nu. 42. quod ante eum dixit Rebuf. gl. 1. num. 14. cum alijs de Clericis ad Sacr. Ord. male promot. vide scripta nu. 4. ad Capitulum quintum.

In quam suspensionem etiam cadit is, qui eodem die capit
7 plures † ordines Sacros Rebuf. dicta gl. nu. 18.
8 Item caueant Clerici † ne absque proprij præsulis dimissorijs ordines ab alieno Episcopo suscipiant qui si se ad ordines minores promoueri procurent, sunt ipso iure suspensi ab executione ordinum sic susceptorum, nec gaudent priuilegio clericali præsertim in criminalibus? in maioribus vero constituti, ab executione ordinum, ad beneplacitum futuri præsulis sunt ipso iure suspensi, concilium cap. 1 b. sess. 7. de refor. ex quo sequitur quod exercendo sic ordinatus solemniter actum ordini minori deputatum proprium, & peculiarem incurreret irregularitatem, in qua solus Papa dispensat Quarant. verbo ordo ad vers. 2. limita ibi verum fol. 377. & ordinans à collacione ordinum per annum Thesaur. citat. cap. 4. nu. 23 & cap. 39. num. 3. addo eundem Quarant. vers. de pęna fol. 376. vbi etiam scribit quod ordinatus cum dimissorijs falsis, est suspensus quia habetur ac sine dimissorijs.
9 Cum clerici † ordines ab alieno Episcopo de licencia proprij præsulis suscipiunt, faciant se ordinari ab Episcopo habente graciam ac communionem S. A. aliàs nihil agent, quia ab ordinum susceptorum executione erunt suspensi, & si scienter ab Episcopo non habente graciã, & communionem ipsam se ordinari procurauerint, nisi à Romano Pontifice poterunt dispensari Thesaur. citat.

Cap.39.nume.37.& 38.

10 Quid statuendum de Clerico † qui ordines, ab Episcopo receperit, qui antea Episcopatui renunciauerat, ad qua stionem addo viden. Paris.de resig.quæst.17. per totam lib.1.Thesaur.dicto cap.39.nu.39.

11 Quid de clerico † ordinato ab Episcopo originis puta ad Subdiaconatum ad titulum beneficij requirentis residenciam, vel ad titulum patrimonij pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, & inde alibi domicilium transferret? num ab Episcopo domicilij ad Diaconatum ordinari posset, & licet affirmatiuè esset respondendum per ea, quę scripsi ad Cap.4. dum dicebam Clericum posse ordinari, vel ab Episcopo originis, vel Domicilij, vel ratione beneficij? in hac tamen facti specie, ambigui iuris non est, ordinari non posse ab Episcopo, ratione domicilij contracti ad Diaconatum, vel Præsbyteratum ad eundem titulum, nisi audito primo Episcopo, an causa, ob quam fuerit ordinatus adhuc duret, quia tunc ad eundem remitti debet, vt inseruiat Ecclesiæ cui fuit ascriptus Quarant. dicto verbo Ordo vers. circa tertium fol.373.& Piasec.de ordinibus num.9.vers.ampliatur 2.

12 Quid in eo † qui à S. A. breue obtinuerit, vt à quocunq; Antistete ordinari possit? num habere teneatur literas dimissoriales sui ordinarij, & dicitur quod sic, quia talis licencia, sic dispensacio subintelligitur cum ista subordinacione, approbationis sui ordinarij, & aliàs sine eis diceretur furtiuè promotus, caderetq; in suspensionem, vt docet Quarant. eod.titulo verbo suspensionis pænam fol.383.habui in facto in quodam clerico neocomense, & fuit ab Illustrissimo expulsus, ex quo non ostendebat literas sui ordinarij virtute breuis, sed quasdam dimisso-

riales

riales multo ante ipsum breue à suo Præsule iure ordinario concessas quibus vti volebat pro ordinibus recipiendis virtute breuis ab Illustrissimo Præsule.

Quàmplures alios casus in materia de clericis male promotis, & de promouentibus addere possem, sed breuitati studendo per hæc satisfactum remaneat, non ommittendo citare Fornar. ad Toletum de ordine cap. 8. vbi agit de pœnis aduersos male promotos indictis.

Cum de suspensione, & irregularitate verba fecerim hoc lo
13 co dicam circa vtrumque † suspensio, nil aliud est, quam censura ecclesiastica priuans vsu ecclesiastici beneficij,
14 aut officij † quam suspensionem Episcopi multis in casibus incurrunt puta si ordinent non subditum sine debitis dimissorijs, si pontificalia exerceant in aliena diœcesi, si ordinant infantem, illiteratum, bigamum, & alijs in casibus excitatis per Piasec. de pœnis num. 80. Thesaur. de susp. & interdict. cap. 39. num. 2. cum alijs Tolet. de suspens. cap. 43. lib. 1.

15 Irregularitas † est canonicum impedimentum ex facto, vel deffectu proueniens, quo quis ad Sacros ordines promoueri, & iam promotus in eis ministrare non possit, Thesaur. de Irregularit. cap. finali per totum, vbi plura circa irregularitatem, & Paris. de resig. quæst. 3. nù. 178. cum alijs lib. 5. & Mar. Ant. infra annotatus.

16 Que irregularitas † alijs etiam modis vltra remissiue relatos incurrirur puta si Diaconus ministret extremam vnctionem, si baptizet solemniter in Ecclesia, si aquam solemniter in Ecclesia benedicat, ratio est, quia prædicta sunt muneris parochi proprie Ecclesiæ Mar. Ant. resolut. 16. lib. 3.

17 Irregularitas † etiam incurritur, si clericus se in Testem

describi

describi permittat in sentencia, in qua agatur de pœna sanguinis, item si agens contra laicum, licet cum protestacione citra pœnam sanguinis, & ipse habeat in animo quod reus moriatur, nam morte secuta, vel mutilatione efficitur irregularis, Genuens. de Clerico agente coram Iudice Laico cum protestatione cap. 35. de Irregularitate doctè Tolet. cap. 52. lib. 1. vbi quid, & quotuplex sit irregularitas, & alia scitu digna.

SVMMARIVM.

Quando Episcopus dispensare possit super suspensione, & irregularitate vigore concilij cap. 6. sess. 24. exarata plura dubia, nu. 1. 2. 4. 5.

3 *Dispensatio ab irregularitate in foro conscienciæ, qua forma fieri debeat.*

6 *Dispensandi causa in anni curriculo, qui datur de vno ordine ad alium, que, & qualis.*

7 *Episcopum ab interstitijs dispensare non posse non subditum ratione beneficij, quod obtineat in diœcesi.*

8 *Idem quò ad familiarem non subditum.*

9 *Idem si familiaris sit illegitimus.*

10 *Episcopus promouens non expectatis anni temporibus, an censeatur tacite cum ordinato dispensasse.*

11 *Quas pœnas incurrant ordinans, & ordinatus non expectatis interstitijs.*

12 *Vtrum Vicarius Episcopi ab interstitijs dispensare possit.*

13 *Quando Vicarius veniat sub nomine ordinarij, quãdo non.*

14 *Dispensacio quid.*

15 *Dispensationum species plures, aliæ Summo Pontifici, aliæ Episcopis reseruate.*

16 *Papa de iure Diuino petro succedit.*

17 *Reges ac alij principes Christiani illius coertioni subsunt.*

18 *An Principi Christiano fas sit pro sui suorumue bonorum tutela fœdus inire, ac amicitia*

citia cum infidelibus iungi, ab eisq; auxilium aduersus *alios principes Christianos petere.*

De Dispensationibus. Cap. VIIII.

CVM de suspensione, ac irregularitate aliquid dixe-
1 rim † viden. num, & Episcopus super eis dispensare possit, & dicen. quod sic ex notatis per concilium cap. 6. sess. 24. de refor. cuius verba hec sunt, liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus, ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, que oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum, dispensare, & in quibuscunq; casibus occultis, etiam S. A. reseruatis, delinquentes quoscunq; sibi subditos, in Diœcesi sua per se ipsos, aut Vicarium, ad id specialiter deputandum, in foro conscientiæ gratis absoluere imposita pœnitentia salutari.

Quam plura dubia orientia ex citato cap. 6. mouet Genuens.
2 de potest. Episcopi vigore concilij cap. 67. primo † dicit quod facultas dispensandi vigore concilij sit fauorabilis, & late interpretanda, secundo quærit quod dicatur delictum occultum ad finem dispensandi ex dicto cap. 6. tertiò, quid si delictum sit famosum, quarto quid si delictũ, non est occultum, sed ab Ecclesia toleratur, quinto quando dicatur delictum deductum ad iudicium, sexto an irregularitas, quæ prouenit ex defectu natalium, vel perfecte lenitatis, ex homicidio iusto, dicatur ex delicto, septimo quod dicatur homicidium voluntarium iuxta terminos cit. cap. 6. octauo an Episcopus post concilium absoluere possit à casibus reseruatis in bulla Cœne Domini, & an absoluere possit vigore dicti Concilij in casibus Papæ reseruatis in alia lege lata, post Concil. Trid. extra

Bullam

Bullam Cæne Domini; nono an Episcopus vigore dicti Capituli sexti possit rehabilitare inhabiles ad officia, & beneficia, nempe Simonaicos, 10. Episcopus an possit absoluere à casibus reseruatis in Bulla Cæne post Concilium Tridentinum 11. an post concilium Tridentinum Episcopus possit dispensare in foro exteriori 12. an post Concilium Tridentinum possit Episcopus dispensare cum homicida voluntario ad beneficium simplex, & ad minores ordines: 13. an Episcopus possit hanc potestatem sibi traditam à Concilio alijs delegare; 14. an Episcopus possit vti hac potestate cum suis subditis extra diœcesim de consensu Diœcesani, & quid in extero delinquente in sua Diœcesi, 15. qualis esse debeat ista absolutio, 16. an Episcopus hac potestate vti possit cum exemptis in sua Diœcesi commorantibus, 17. an possit Vicarius Episcopi vti hac potestate, 18. an Episcopus possit vti hac potestate circa seipsum delegãdo alteri potestatem absoluen. se ipsum à censuris Papæ reseruatis; 19. an Capitulum Sede Vacante possit vti dicta potestate, 20. an Archiepiscopus possit vti potestàte dicti cap. 6. cum suis suffraganeis, 21. an Vicarius, cui commisit Episcopus potestatem absoluendi vigore dicti capit. 6. possit eam alijs demandare, quibus dubijs, excitatis per Genuens. quo loci sigillatim cadunt resolutiones, addo ego Quarant. eodem tit. ordo verbo tertio limita ad vers 2 limita fol. 377. Mar. Ant. resol. 16. nu. 9. & 21. lib. 3. & Piasec. de dispensat. num. 56. cum alijs Thesaur. cap. fin. nu 57. & ibi egregie loquuntur circa dictum cap. 6. sess. 24.

Viden. qua forma fieri debeat absolutio in foro cõscientiæ virtute dicti cap. 6. & Thesaur. de Irregularitate cap. fin. num. fin. in hunc modum absolutionis formam præscribit ego o.

3 Auctoritate ✝ in hac parte tibi concessa, & mihi commissa, dispenso

dispenso tecum super irregularitate, vel irregularitatibus, quam vel quas contraxisti (vel si res est dubia) si contraxisti, ex tali causa, & restituo te ad legitimos actus In nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti Amen, & hæc absolutio potest etiam fieri extra confessionem Sacramentalem vt notat ibi Genuens. num. 17.

4 Addo † quod Episcopus vigore dicti cap. 6. possit etiam dispensare tam super irregularitate quàm super suspensione cum clerico ante legitimam ætatem ad sacros ordines promoto, postquàm peruenerit ad ætatem legitimam, si delictum sit occultum, Thesaur. de dispensat. cap.23.num.53.

Idem in promotis per saltum, si non ministrauerint, Concil.
5 cap.14.in finalibus verbis ead.sess.23.

6 Venio ad dispẽsationes† quibus vtuntur Episcopi vigore Concilij cap.11.& 14.ead.sess.23. dum clericos dispensãt à temporum interstitijs, quæ per annum interesse debent de uno ordine Sacro ad alium, nisi aliud Episcopo expedire videatur.

Videndum de causa legitima dispensandi in anni curriculo: Qua in re dico si loquimur de constituto in minoribus ad subdiacon: sufficit si sit necessitas, aut Ecclesiæ vtilitas disiunctiuè, à Subdiaconatu vero ad Diaconatũ quelibet leuis causa, cum id iudicio Episcopi relinquatur, à Diaconatu vero ad præsbyteratum, requiritur vtilitas, & necessitas Ecclesiæ coniunctiuè, sic declarat Genuens. de ordinatione regularium cap.83.num.7.

7 In tantum quod Iz. Episcopus † ad ordines promouere possit, non subditum ratione beneficij, quod habet in Diœcesi, non poterit tamen illum ab interstitijs dispensare, cum non possit iudicare de necessitate, vel vtilitate

Ecclesiæ non suæ; nisi beneficium cogat Mar. Ant. cas. 28. num. finali ad lib. primum.

8 Idem quò ad familiarem non subditum, † quem licet Episcopus, qui habet Diœcesim, illum ad ordines promouere possit, vt dicebam cap. 4. non poterit tamen illum ab

9 interstitijs dispensare, † nec cum eo dispensare poterit, si sit illegitimus, Genuens. citat. cap. 83. num. 3. Addo Piasec. de Confer. ord. num. 15. vers. Sublimitari tñ debet: & ibi nisi arctetur intra certum tempus ad suscipiendum ordines pp beneficium acceptũ requirens certũ ordinẽ.

10 Dubitatur, vtrum Episcopus † qui habet dispensandi facultatem in his temporum interstitijs vigore concilij, si tacitè aliquem promoueat non expectatis anni temporibus, quæ de vno ordine ad alium desiderantur, censeatur dispensare, & Menoch. qui hunc casum formauit in Addit. de Arb. cas. 564. num. finali ad lib. 2. Cent. 6. sic distinguit, si Episcopus ignorans fecerit, non censetur dispensare, secus vero si nundũ elapso tempore sciens promouerit cum omne canonicum impedimentum, quod est in potestate Episcopi dispensandum, semper dicatur dispensari, si Episcopus sciens promouerit.

Quæro vtrum ordinans, ac ordinatus, aliquam incurrant

11 pęnam non expectatis interstitijs, dicitur quod non, licet peccent Piasec. cit. tit. de confer. ord. num. 50 vers. nullam.

12 Vtrum † dispensandi facultas, quæ competit Episcopis vigore præcitati concilij, transeat in suos Vicarios Generales, & videtur quod transeat talis facultas, cum Vicarius Episcopi veniat sub nomine ordinarij, vnde non tantum videtur electa industria personæ Episcopi, sed etiam sui Vicarij, qui tamquàm ordinarius videtur in dicto concilio

cilio comprehensus, licet concilium de Episcopo loqua-
13 tur, † & quando tridentina Synodus vult Episcoporum Vicarios excludere ab aliqua facultate, quæ Episcopo conceditur, vtitur ijs verbis, eis tantum, non autem eorum Vicarijs, sit permissum, quæ prohibito cum in citatis concilij Capitulis 11.& 14, non legatur. Firma remanet conclusio, quæ firmatur per Sbrozz. de offic. Vic. q. 43. num. 28. & 29. lib. 2. q. 111. num. 16. & q. 202. eod. lib. 2. & hęc sufficiant quo ad dispēsationē ab interstitijs.
14 De dispensationibus loquendo † dico quod dispensacio
15 est gratia, quæ misercorditer indulgetur, † quodq; plures sunt dispensacionum species, in quibus solus Papa dispensat, & in alijs etiam Episcopi, qualiter sit facienda dispensatio, & qui sit effectus dispensationis, verba copiosę facit Thesaur. de dispensat. cit. cap. 23. per totum, & tit. de voto & voti dispensac. cap. 26. nu. 53. cum alijs Paris. de Conf benef. q. 21. nu. 55. cum multis alijs, Genuens. citat. cap. 67. de potest. Episcopi vigore Concilij Cucch. de summo pontifice lib. 2. tit. 1. & in tit. de Episcopis lib. 2. tit. 6. num. 239. cum seq. ex quorum dictis, quilibet capere potest quanta sit pontificis Maximi, & Episcoporum in dispensando potestas.
16 De summo Pontifice loquendo, † qui de Iure Diuino Beato Petro Apostolo successit, & qui in terris est Christi
17 Vicarius, † dico quod omnes reges, ac Principes Christiani, illius coerctioni subsunt, & ex causa eos à Regnis & principatibus eorum deponere posse, & reges, ac principes, ipsos, Pontifici maximo ad infideles arcendos, opem & auxilium præstare teneri, & vt seriosius legitur penes Rebuf. pract. Cancell. Apostolice verbo an Imperator. f. 621. & latissime Thesaur. de potest. Papæ cap. 1.

18 Et de Principibus loquendo,† erit memoriæ recolenda; pedemontana decisio auctore Osascho quæ est finalis; dum scribit, non licere Principi Christiano, cum infidelibus fœdus inire, & amicicia eis iniungi, ab eisq; auxilium aduersus alios Principes Christianos petere.

SVMMARIVM.

1 *Regulares in ordinatione habenda ad quæ teneantur.*
2 *Christianorum triplex genus, Laici, Clerici, Religiosi siue Regulares.*
3 *Regulares qui dicantur.*
4 *Regulariũ multæ sunt species*
5 *Regulares ordinandi ab illo Episcopo, cui illud monasterium subiectum est.*
6 *Quibus eorum Superiores dimissorias dare solent.*
7 *Quid si Diœcesanus abesset, vel generalem ordinationẽ non esset habiturus.*
8 *Obseruantia in Curia Episcopali Papiæ.*
9 *In regularibus nos requiruntur alij modi quæsita diœcesis, vt de Clericis secularib. dicitur.*
10 *Obseruantia in Curia Archiepiscopali Neapolitana.*
11 *Regulares non professi non ordinantur sine titulo.*
Quas censuras incurrant eo casu ordinãs, & ordinatus, eod. n.
12 *Regulares dispẽsatione ab interstitijs egentes ab Episcopo Collatore, non à suis Superioribus dispensandi veniunt.*
13 *Regulariũ Superiores de Ecclesiæ necessitate, vel vtilitate solummodo attestari tenentur.*

De ordinacione Regularium. Cap. X.

INquit concilium cap. 12. sess. 23. Regulares quoq; nec in minori ætate, nec sine diligenti, Episcopi examine or-
1 dinentur priuilegijs quibuscunq; † quo ad hoc, penitus exclusis.
2 Illud in primis notan. † quod duo sunt genera Christianorum,

norum, quorum alij laici, alij clerici sunt, quibus tertiũ genus addendum ecclesiasticarum personarum, eorum qui nec laici, nec clerici dicuntur, sed vel religiosi, vel conuersi, vel canonici, vel moniales, aut ijs similes, qui nominibus ecclesiasticis & à clericis separantur Tholosan.cap.1.par.2. lib.16.& Cucch. de ordin.clericorum in genere lib.2. titulo 1.

3 Et de hoc tertio genere loquendo † quæro, qui sint regulares, & dico regulares, siue religiosi dicuntur homines, qui propria professione vel ratihabitione patrũ oblationis, paupertatem, obedienciam, & continentiam sub Prælati regimine in aliqua speciali probata regula iura-
4 uerunt † & horum regularium, siue religiosorum multe sunt species, alij mendicantes, alij non, alij ex regula, alij ex Constitucione, sed quia hæc bene discussa repeṛiuntur penes Cucch. de regular. lib.3. tit. 1. Ideo &c.

5 De regularium ordinacione verba faciens † dico quod regulares, ordines suscipere debent ab Episcopis: in quorũ diœcesibus sunt monasteria, in quibus degunt, & sunt as-
6 signati † quibus eorum superiores dimissorias ad ordines
7 concedent ad Episcopum tamen diœcesanum, † & si is ab fuerit, ad quemcunq; alium Episcopum, dum tamen ab Episcopo qui ordines contulerit, examinentur de doctrina quod si Episcopus diœcesanus à diœcesi non ab fuerit, sed noluerit habere ordinationes idem esse obseruandum quod dictum est, si abesset, Genuens. de ordinac. regul. cap.83. in princ. Cucch. de regular. nu.94. Quarant. verbo ordo vers. Quantum vero cum seq. fol.392. Piasec. de Confer. ordin. nu. 9. vers. quarto extende.

8 In hac curia † obseruatur quò ad regulares diœcesanos, quod si Illustrissimus Præsul ordinationes generales non

ſit habiturus, illis datur fides de ordinatione non habenda, qua fide per regulares ſubditos recepta, illorum ſuperiores illis dant dimiſſorias ad alios Epiſcopos in eis facto verbo de ordinatione à diœceſano non habenda.

9 Quæritur † num regulares cum ordines ſacros aſſumere voluerint, teneantur ad formã Concilij cap. quinto ead. ſeſſ. 23. eorum deſiderium publicè in Eccleſia proponi facere, & teſtimonium ferre, vt de clericis ſecularibus ex ipſo conſilio cautum eſt, qua in re dicitur quod ad id regulares non arcentur, ſed quod ſufficiat teſtimonium per eorum ſuperiores in dimiſſorialibus allatum quod habeãt
10 requiſita Genuenſ. & Piaſec. citatis in locis † plus atteſtando Genuenſis de obſeruantia in illa curia Archiepiſcopali dicit quod in curia viſis dimiſſorijs ſuperiorum in quibus atteſtantur de requiſitis, examinantur de doctrina, & ordinantur.

11 Vidi † quandoq; in cancellaria exhiberi dimiſſoriales ſuperiorum regularium ad ordines que erant vitioſe, cum in illis deficeret, illa dictio ſubdito noſtro profeſſo, que fuere remiſſe, ex quo ordinans regularem non profeſſum ſine titulo ex Bulla Pij Quinti per annum eſt ſuſpenſus à collatione eorumdem ordinum, & regulares ordinati ante profeſſionem ſine titulo ſunt ipſo facto ſuſpenſi, & exercendo ordines fiunt irregulares, nec poſſunt abſolui niſi à Romano Pontifice, Genuenſ. citat. capit. 83. poſt num. 2. verſ. ordinatus, Piaſec. de pœnis num. 80. verſ. ordinans religioſum, & relato tit. de confer. ord. nu. 43. vbi Bulla Pontificia dixi nu. 21. cap. 5.

12 Regulares † egent diſpenſatione ab interſtitijs, à quo ſint diſpenſandi, & quod diſpenſatio pertineat ad Epiſcopum ordinantem, non ad ſuperiores regularium clariſſimum

rissimum penes practicantes in Cancellarijs Episcopali-
13 bus, & sic versatos in foro ecclesiastico, † & si regularis subditus eget dispensatione, debent tunc ipsorum regularium superiores in eorum dimissorijs ad ordines, petere siue rogare Episcopum, ad quem subditi ordinandi mittuntur, vt super illis dispensare dignetur, attenta necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ sue religionis, qua rogatione premissa, Episcopi ordinantes ipsos regulares dispensare solent, Quarant: dicto verbo ordo vers. additio fol. 393. & Genuens. dicto cap. 83. vers. notan. nu. 1. & etiam respectu huius capitis, multæ dimissoriæ ad regularium superiores fuere remissæ ex quo, in eis aderant illa verba ab interstitijs dispensamus &c.

SVMMARIVM.

Effectus ex ordinatione resultantes quàm plures.

1 *Quia imprimitur character in anima ordinati.*

2 *Imprimitur Character in omnibus ordinibus.*

3 *Quia ordinatus ad sacros ordines obligatur ad Castitatem.*

4 *Quia ordinati efficiuntur de foro Ecclesiæ.*

5 *Quia ordinati efficiuntur nobiles.*

6 *Quod ordinato dentur litteræ testimoniales.*

7 *Quid exigere possit ordinator ab ordinato, & Episcopi notarius.*

Quis sit effectus ordinationis. Cap. XI.

1 ORdinationum † effectus quàm plures esse perspicuũ, primo quia nimirum per illã imprimitur character in anima ordinati, & illi datur potestas exercendi officiũ ordinis suscepti, est autem character spiritualis qualitas animæ, signans gratiam gratum facientem, & ad gratiã dispo-

disponentem, Imprimitur autem Character in singulis ordinibus, ita vt omnes simul faciant vnum Sacramentũ.

2 Secundus effectus ordinationis est, † quia vt dicebã cap. tertiò ordinatus ad ordines Sacros obligatur ad Castitatem seruandam obligatur etiam ad recitandum horas canonicas, Ad minores tamen ordinati non obligatur neq; ad continentiam, neq; ad recitandum officium, nisi ordinatori præcipienti, promittant se recitaturos septem psalmos.

3 Tertius effectus ordinationis est, † quia per eam ordinati transeunt ad Iurisdictionẽ fori Ecclesiastici, & gaudent priuilegijs Cleri.

4 Quartus effectus ordinacionis est, † quia ordinati efficiuntur, nobiles, quia clericatus ordo nobilitat, videatur Fornar: ad Toletum, de ordine cap. 6. vbi late de effectibus ordinis.

5 Secuta, ergo ordinacione † dantur ab Episcopo ordinante, ipsi ordinato litteræ Testimoniales ordinacionis suæ, sine quibus litteris, ipsi sic ordinato non crederetur, quæ litteræ si prædcrentur, posset tamen: probari ordinacio per testes. per publicam vocem, vel famam, vel per Iuramentum concurrentibus famæ adminiculis, & vt dicebã cap. 2.

6 Non potest autem ordinator † ab ordinato, aliquid accipere præter Cereum, & in hac Cancellaria pro mercede tum in videndis scripturis, tum pro testimonialibus, nihil plus, à quolibet ordinato recipitur, quam solidi decem Imperiales, prædicta circa effectum ordinationis collegi à Piasec. cit. tit. de Confer. ord. num. 52. cum alijs, & postmodum à Fernario citato cap. 6. ad quos patres lectorem remitto.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Clericus est maior quocunque laico, alijsq; fruuntur clerici priuilegijs.*
2 *Clericorum vita, illa laicorũ sãctior & honestior esse dẽt.*
3 *De clericorum habitu, ac vestitu.*
Laudes Episcopi Bilij, eod. n. 3.

De Clericorum vita, & habitu. Cap. XII.

CVm clerici, quibuscũq; laicis sint maiores, sintq; reges, se, & alios in virtutibus regentes, & in Deo regnũ ha-
1 beant, † quod designat Corona, quam in capite gerunt, & sacerdotes quandoq; Dij, quandoq; Angeli appellentur, ijq; sint regũ, ac principum, omniumq; fidelium patres, ac Magistri, & tandem sint sal terræ, & quibus à D.O.M. data est facultas ligandi, & absoluendi, in illis verbis, quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunq, solueris super terrã, erit solutum, & in cęlis, &
2 vt in Sacrosancto Euangelio legitur, † ergo eorum vita, laicorum sanctior, & honestior esse debet, & quibus laici riuerentiam, ac obedientiam præstare tenentur, Thesaur. de priuileg. cleric. cap. 11. Cucch. eod. tit.

Successiuè quo habitu induant Clerici.

Quò ad clericorũ habitum dico, quod cum à iure clerici nõ
3 habeant certũ & determinatũ habitum, erunt tamen illis vestes, quæ vsu, & consuetudine regionis fuerint ab ordinario, etiã per generale Edictum approbatæ, debent ergo vestes esse talares, non nimiũ prolixæ, vel breues, sed tales sint, quales Eps ordinauerit sub pœna illi arbitranda, & de quorũ habitu scribunt, Quarant. verbo Habitus Clericalis vers. dubium tamen est, Cuch. de vita, & honestat. Cleric. Piasec. de visitat. eccl. Cath. nu. 14. Menoch. de

arbitr.caſ.392.lib.2.Centur 4.extat & Conſtitutio Synodalis Papienſ. de Cleric. veſtitu & ornatu c 6.par.j. Exijt Edictũ Illuſtriſs.Præſulis diei 17.Maij 1613.quo alia edicta renouando,clericorũ habitus præſcribitur,armorũ delatio clericis prohibetur, & ibidem cognoſcitur quãta fuerit huius S.Eccl.Pap. principis ſuper gregẽ vigilãtia.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiati eſse debent Clerici, & quà ratione.*

2 *Clericorũ appellatione in fauorabilibus veniunt oẽs addicti ſeruitio diuino etiã quod in minorib.tãtũ ſint cõſtituti.*

3 *Clerici ſiunt exempti à iuriſdictione ſeculari.*

4 *Cognitio an aliquis ſit Clericus ſpectat ad ſolum Iudicem Eccleſiaſticum.*

Quando Clericus captus per Iudicem laicum gaudeat fori priuilegio, & remittendus ſit,eod. num.4.5.

6 *Obſeruãtia in Curia Epiſcop. Papiæ pro clerici remiſſione.*

7 *Clerici remiſſio ſit ſine ignom.*

8 *Cuius expenſis ſiat remiſſio.*

9 *Clerico remiſſo ad curiã eccleſiaſticã à ſeculari vna cum proceſſu,an poſſit reus conſtitui ex agitatis.*

10 *Carcerare Clericos, quando poſſint laici.*

11 *Clerico manum inferens, eſt excommunicatus,excommunicatione maiori.*

12 *Clericum baculo percuciens, qua pœna ſit plectendus.*

13 *Clericum percuciens, quando incurrat excommunicationem Papæ reſeruatam, quando Epiſcopo.*

14 *Clericus pro iniuria ſibi illata,poteſt agere contra laicos, cum proteſtatione citra pœnam ſanguinis.*

15 *Actio Iniuriarum quando clerico ſit contra laicũ ꝑpetua.*

16 *Laicus Clerico iniuriam faciẽs,illi genuflectere tenetur.*

Clericus propter offenſam factã laico,non tenetur illi genuflectere: ratio ponitur, eod. nume.16.17.

18 *Cle-*

testas, non consideretur.

36 *Quando laicus fruatur priuilegio ecclesiæ, vt in laico cũ ecclesia habente ius patronatus, & similibus.*

37 *Iuspatronatus Ecclesiast. & laicale differunt etiã in modo derogationis à Papa.*

38 *Clerici non adstringuntur legibus, vel statutis laicorum.*

39 *Nũ clericus parochus de suo ecclesiã reparare teneatur.*

40 *Iudices laici non possunt causas ad forum ecclesiast. spectantes quouis prætextu ad eorum Tribunal trahere.*

41 *Clericus non beneficiatus, inuitus ab episcopo in diœcesi retineri non potest.*

42 *Clerici tutelæ, & curæ immunitatem habent.*

43 *Clerico non potest ab episcopo imponi pænitentia solemnis, vt de laico dicitur.*

44 *Clericus commisit delictũ, postea duxit vxorem, nihilominus à iudice ecclesiastico punitur.*

45 *Statuta laicorum, quod Instrumenta habeant executionem paratam, an seruentur in foro Ecclesiastico contra Clericum.*

Quid de obligatione per laicũ facta ad acta Iudicis secularis, qui postea efficiatur clericus, eod. num. 45.

46 *Familia Episcopi an gaudeat priuilegio fori, & qui dicantur de familia.*

De Clericorum priuilegijs. Cap. XIII.

Illud in primis præmittendum, quod Clerici multis decorantur priuilegijs de quibus sigillatim infra aliquid dicã,
1 & ratio potissima ea est, quia omne † ius & fas postulat, ac Sacrosanctæ religionis cultus, qui apud oẽs pios homines eximius in primis esse debet, vt religiosis hominibus, qui D. O. M. totos se dediderunt, in militia eius conscripti, honor præcipuus sit, omnibusq; in actionibus, & rebus nõ vulgaris eorũ ratio habeatur, nam si Reges, ac Imperatores non paruis priuilegijs milites suos cohonestant, ne à mili-

militia abstrahantur, quanto magis cœlestis militiæ milites, & qui non pro humanis, caducisq; rebus, sed pro æternis pugnant, cōgruū igitur est vt oīs honor per laicos illis debeatur, sic docet Cuch. tit. de priuil. cler. in princ.
2 Clericali priuilegio, † ne dum gaudent sacris iniciati ordinibus, verū etiam prima tonsura iniciati, per quā tonsurā acquirunt fori priuilegium, quo sunt exempti à Iurisdictione Imperatoris, ac quorumcunq; Principum, ac Magistratuum secularium, modo seruent ea, quæ præscribit Conciliū c. 6. sess. 23. de refor. Genuens. de materia cap. Odoardus nu. 3. cap. 3. Tholos. c. 1. par. 2. nu. 5. lib. 16. Thesaur. de priuil. cler. cap. 11. nu. 2. qui quidem Clerici
3 † fori priuilegiū habent à Deo, quo fit vt nec medio iuramento possunt clerici se submittere potestati laicali, Cuch. eod. loco nu. 9. rursus Thesaur. de Synodo cap. 9. nu. 33. 34. & Surd. decisio. 26. nu. 4.
Et quia plerosq; clericos, per familiam Iudicis laici capi, &
4 carcerari contingit, † examinan. ad quē spectet cognitio, an clericus incedat in habitu nec ne, & iuxta magis receptā opinionem pro Ecclesiastico Iudice iudican. citatur Boss. de foro cōpet. nu. 126. Mar. Ant. resolut. 48. lib. 3.
5 qui docet quādo Clericus captus per Iudicem secularē, gaudeat fori priuilegio, & remittendus sit, ad punctum ad do Cuch. cit. tit. nu. 76. Ias. in l. ex quacunq; nu. 19. ff. si quis in ius vocat. & Lancell. de attent. in præfat. part. 2. cap. 20. de attent. post inhibitionem. nu. 80.
Recensebo quid in hac Ciuitate, in qua officiales seculares Dei timorati extant, obseruetur clerico per eorum familiā capto, id obseruari vidi, quod monita curia episcopali
6 de Clerici carceratiōe facta a laicali familia; In curia nomine clerici datur fides quod sic detentus sit clericus, incedat

cedat in habitu, ac tõsura, inseruiat ecclesiæ, & petitur remissio; Quibus sedulo visis, Illustriss. Antistes, seu eiusdẽ M.Ill.& M.R.D.Vicarius, suũ interponit decretũ, talem sic detentum esse clericũ, & fori priuilegio gaudere, & de hoc per Ill. ac Admod.R.eximiũ I.C.D.Ludouicum Somascum huius Curiæ Aduocatũ, nunc Fiscalem meritiss. datur notitia Iudici laico pro Clerici remissione.

Videndũ qualiter Clerici detenti à familia laicali fiat Iudici
7 suo remissio, † & cuius expensis clericus remittatur.

Quò ad primum quæsitum dico, quod in prouincijs varia est consuetudo, sed in hoc statu fit remissio sine ignominia, Clar. §. fin. quæst. 36. versic. quæro, quomodo.

Ad secundum, quod regulariter fiat remissio expẽ. Clerici,
8 quod si clericus sit pauper, fit remissio expẽ. Epi, qui epi clericos à iudice laico detentos ẽt repetere tenentur, Genueñ. de remis. clerici ad cur. eccl. c. 6. nu. 6. vsq; ad fin.

Quæritur clerico remisso à iudice laico ecclesiastico, vna cũ processu, num iudex ecclesiastic⁹ stare teneatur processui insuper contra Clericũ fabricato, & Clar. d. q. 36. nu. fin. scribit quod Iudex ecclesiastic⁹ non teneatur stare processui facto à iudice laico remittente; quid modo obser-
9 uetur, Genuens. cit. c. 6. docet quod Clericus remissus ex dictis actis reus cõstituatur, & si vult habere testes pro re petitis, proceditur ad vlteriora, & ad sententiã, alias repetuntur, non tñ de nouo examinantur antequàm constituatur reus, & ratio finalis, qua mouetur auctor, ea est, qđ licet acta facta corã iudice laico non probent contra clericũ ad condemnandum, secus quò ad illum interrogandum, & reum cõstituendum, & quod in toto orbe, & Vrbe, etiã coram Papa obseruetur, quod clericus remissus prius reus cõstituitur, & postea repetuntur testes, & vt latius di

cto

cto cap.6.per totũ; vide quæ dixerim nu.22.cap.fin
Notandũ quod cum diuisum sit, Ioue Imperium Cęsar habeat,
10 quod † laici prompti esse non debent in carcerando clericos, nisi de mandato Episcopi id agant, & in alijs casibus à iure permissis, & cũ clerici in casibus à iure permissis, de quibus late Farinac.q.8.de Inquis.à fam. iudicis laici capiuntur, eos laici detinere non debent vltra spatiũ viginti horarũ, & quos ducere debent ad Iudicem ecclesiasticũ sine ignominia, & si aliter agunt non euitant excõmunicationẽ, Genuens.de carceratione Clericorum, c.29.nu.8.
Et quia sepenumero laici, Clericos quibus riuerentiam ex-
11 hibere tenentur, & cõuitijs contumelijs, & quandoq; percussionibus afficiunt, quod indecorum est.
Abstineãt laici à similibus, & memoriæ recolant verba Dñi. Noli tãgere Christos meos, quos si quis male tractare prȩsumpserit, puta illos percuciendo, vulnerando, & occidendo, vltra pænas tẽporales, sciat ẽt se incursum excõmunicationem maiorẽ, ita quod à solo Rom. Pontif. præterq; in mortis articulo absolui non põt, Cuch.cit.tit.de priuil. cler.nu.2.Papieñ.pract.gl.tamq; publicè rei respõs.The
12 saur.de prohibit.& pęnis, c.35.nu.44.† & de laico clericũ baculo percuciente, scribit Thes.Ped.decis.224.quo loci q̃rit qua pęna esset puniẽdus qdã laicus, q; in ciuitate Cherij Guardianũ Monast. S.Frãcisci baculo pcusserat.
13 Scire cupiens, qñ percuciens † Clericũ incurrat excõmunicationem maiorẽ, & qñ absolutio sit reseruata Papę, qñ Episcopo, & sic quando Iniuria dicatur leuis, vel grauis, vident Put.decis.303.lib.j. Mar.Ant. resol.11.lib.3.& Genuens.de excommunic. cap.24.
14 Rursus Clericus † pro iniuria sibi à laico facta, duplicem habet actionẽ ciuilẽ ad dãmna, & interesse, & tunc coram

Iudi-

Iudice seculari ageñ. quia actor sequitur forũ rei, & Criminalem corã quo ẽt agere põt cũ protestatione citra pęnã sanguinis, si verò agat ad pęnã ratione sacrileg{ij} corã
15 Ecclesiastico Iudice agere põt, † & si aget per modũ exceptionis, puta quia laicus ab Ecclesiast. Iudice se absolui petat, & Clericus opponat de satisfactione, quo casu, licet actio iniuriarũ anno tm̃ duret, vt scribit Clar. li. 5. §. Iniuria, tñ hoc casu est perpetua, quia quãdocũq; laicus petat se absolui, clericus põt excipere de satisfactione, Genuens. de Clerico agẽte corã Iudice laico, ca. 35. & de Excõmunic. c. 24. nu. 4. cũ alijs, vbi plura scitu digna.

Rursus si laicus Clerico faciat iniuriã, cũ clerico satisfacere
16 pro iniuria debeat, † si clericus à laico genuflexioné petat, laicus illi genuflectere tenetur, quia genuflexio à laico fauore clerici siue in recõpensam iniuriæ illi factæ, non est ignominia, ex quo clerici laicis sũt maiores, quorũ alij imperãtes, siue præpositi, alij verò subditi sunt, Tholos. c. 1. nu. 3. par. 2. lib. 15. vbi agitur de pręstãtia potestatis ecclesiasticæ in laicã, quæ genuflexio non tñ admittitur in clerico versus laicũ pp offensam, laico à clerico factam, quia istud nõ fieret sine iniuria clericali, verũ clericus pro iniuria facta laico, illi rationabiliter, aliter quàm per genu flexioné satisfacere dẽt, puta data pecunia, vel petendo veniam, cui clerico etiam non licet recanere palinodiam, quemadmodum non tenetur quilibet alius nobilis, Genuens. de Cler. nobil. pœnis cap. 30. nu. 4. & 7.

Et quia lites sæpissimè in foris nascũtur inter Clericos, ac laicos, aliqua alia priuilegia clericorũ hoc loco adnotabo.
18 Et quæro, clericus, † laicũ in ius vocare vult, corã quo iudice laicus sit euocandus, & licet primo aspectu sit dicẽdũ, quod Clericus tamq̃ actor rei forũ sequi debeat, limi-

tatur

tatur tamē ea iuris decisio Clerico agente contra laicum ad recuperationem bonorū suæ ecclesiæ quo loci Clericus laicū conuenire pōt coram iudice ecclesiastico, siue seculari, vt sibi magis libuerit, & in hoc opinio Canonistarum præualet, citatur Pedem. decis. auctore Osascho 31. per tot. & Mar. Ant. resol. 30. 48. 71. nu. 10. & 98. nu. 1. li. 1.
Clericus agit corā Iudice laico contra laicū: quæritur † vtrū
19 Clericus à laico in eod. iudicio reconueniri valeat, super quo est pugna; in hoc tñ scribentes cōueniunt, quod clericus reconueniri non possit, si de causa spirituali agatur, cuius est incapax laicus, Itē si reconueniatur de causa criminali, quæ infamat, Si laicus data opera iniuriatur Clerico, ad hoc vt conuentus corā Iudice laico, ibidem eū reconueniat, addo ad punctū Marant. suo speculo aureo, par. 4. distin. 6. nu. 53. Thesaur. de excommunic. ca. 38.
20 nu. 77. Piasec. de persona rei, nu. 25. † ad quæstionē quibus in casibus laicus suam possit exercere Iurisdictionem aduersus Clericos, videatur Mysing. obser. 67. Centur. 2. & Gaill. obser. 37. lib. 1.
Quid de Clerico reconuento corā iudice laico, quē iudex lai
21 cus in expensis litis condemnet, à quo exequatur condēnatio, dico exequtionem faciēdam per Iudicem ecclesiasticum, Piasec. cit. nu. 25. verbo eiusdem, & Genuens. de exequtione facienda in bonis Clerici reconuenti cap. 12. & ibi quid obseruetur in illa Curia.
22 Clericus † agit cōtra laicum coram seculari iudice, reus obijcit de litis expensis in casu succumbentiæ, cū in pluribus locis huius Status. Similia vigeant statuta; vtrū clericus ad fideiussionē ipsam præstādam à iudice ipso cogi possit; & Viuius decis. 11. nu. fin. lib. j. negatiuè respondet, sed quod sit admittendus cum Iuratoria cautione.

23 Laicus† fideiubet pro Clerico corã Iudice ecclesiastico; corã quo laicus conueniatur, & dicendũ coram ecclesiastico iudice, cuius ecclesiastici iudicis laici Iurisdictioné prorogare possunt, quod non est in Clericis, vt laicalem possint prorogare Iurisdictionem vtsupra affirmabam, Genuens. de laicis fideiussoribus Clericorum cap. 13.

Clericus, laico reo defuncto successit, puta testati, vel intestati causa, cũ quo laico lis erat cepta coram iudice laico;
24 Quæritur corã quo iudice clericus cõueniatur, & licet dicendũ videatur, quod clericus euocari possit corã laico iudice secundum text. in l. vbi acceptum, ff. de Iudic. & ex notatis per Surd. decis. 110. vbi ait quod instantia inchoata contra laicum, transit in Clericũ successorem; Cõtrariũ tamen sustinet Thesaur. cit. c. 38. nu. 80. addo in hãc partem Mar. Ant. resol. 49. lib. j. cogita Ceuall. in tracta. commu. contra commu. quæst. 36. ait primam opinionem veriorem, Surd. cons. 222.

Vbi vero, Clericus, laico successisset, contra quem clericum
25 vti laici defũcti heredem, laicus super bonis hereditarijs litem moueret, tunc extra omne dubium clericus esset vocandus corã suo ordinario, Andr. Gaill. obser. 37. nu. 10 lib. primo, & Surd. d. decisio. 110. num. 9.

Laicus, à Clerico, de aliqua re. Puta domo vel fundo causã habuit, qui super eadem re, litem sibi motã, clerico aucto-
26 ri denunciat, vtrũ† clericus iudicis laici Iurisdictionem declinare possit, & petere quod causa remittatur: nihil nunc determino, cũ super eodem puncto iam scripserim in opere meo intitulando praxis iudiciaria, quæ erit libellorum numero Centum quadraginta, quos cũ annotationibus superioribus annis cũ Salis patria mea adessem cõgesi edendo cum D. O. M. placuerit, & ibi dixi.

Testa-

Testator decessit relictis pluribus filijs, quos sibi in heredes cõstituit, quorũ alij clerici, alij laici sunt, In iudicium per laicũ sunt euocandi; Quæritur corã quo Magistratu, & si
27 dici possit, quod cũ conueniantur pro hereditarijs portionibus, & sic vnus, ab altero distinguatur, quod quilibet à suo iudice sit vocandus; nihilominus cum magis dignum trahat ad se minus, ne causa diuidatur, & super eodem facto forte diuersæ ferantur sententiæ, omnes coram ecclesiastico iudice erunt euocandi, etiã quod ex heredibus ipsis plures essent laici, quã clerici, scribit Marant. suo speculo part. 4. dist. 11. num. 21.

Clericus corã seculari iudice contra laicum agit, laicus per
28 iuramentum litis decisiuum causam determinari cupiẽs, offert clerico iusiurandũ tamq̃ litis decisiuũ, à clerico petens, vt illud subeat, vel deferenti remittat; quid Iuris, & licet contra clericũ teneri posset, quia & clerici loci Iudicij statuta seruare tenentur iuxta notata per Asin. sua praxi, §. 25. c. 4. par. j. Rol. conf. 48. lib. 3. conf. 57. nu. 18. cũ alijs li. 2. Capic. decis. 66. & Put. decis. 99. nu. 2. lib. 3. nihilominus veritas est in contrariũ in facti spetie proposita, quia licet Clerici statuta loci iuditij seruare teneãtur in præparatorijs, ac ordinatorijs iudicij, in quibus seruãtur leges, ac statuta fori, in quo litigatur, vt latè præcitati scribentes testantur, ea tñ iuris decisio locum non habet in decisorijs, docent Andr. Gail. obser. 32. nu. fin. lib. 2. & Thes. cit. tit. de priuil. Cler. cap. 11. nũ. 4. & seq.

Insistendo in subiecta materia de Clericorũ priuilegijs, di-
29 co quod licet laicus † pro ære alieno carceri mancipari possit, etiã quod sit senex teste Natta conf. 319. num. 2. & Osasch. Ped. decis. 123. & quandoq; bonis cedere coga-
30 tur, † hoc non habere locum in Clerico, Couarr. var. re-

sol. cap. primo, num. 9. lib. 2. Thesaur. cit. loco, num. 14. 15. Cuch. ibi num. 54. cum alijs, Mar. Ant. resol. 41. lib. primo, & Genuens. capit. Odoardus de solut. quod est in ordine capit. 3. ex quorum scribentium dictis declaratur, quod Clerici bonis cædere non teneantur, nec pro ære alieno possint carcerari, sed cautionem idoneam de satisfaciendo creditori, si ad pinguiorem fortunã deuenerint præstare teneantur, & si cautionẽ illã præstare non possint, quod stetur illorum iuratoriæ cautioni, vnde egregiè declaratur, cap. Odoardus de solut. de quo latissime præcitati scribentes.

31 Clericum † non ligari iudicio proclamatum, siue citationis generalis per iudicem secularem factæ ad laici instantiam, etiam quod in citatione illa adesset clausula, quæ omnes côpræhenderet in illis verbis compareat quicunque qui sua interesse prætendat, alias quod ad vlteriora procedetur, docet Surd. decis. 26. per tot. & auctoris opinio est, quod iudicium sit nullum in illis omnibus casibus, quibus de iure laicus non fuisset iudex competens.

De sacris ordinibus loquendo dicebam de patrimonio à patre Filiofa. clerico facto ad effectum, vt admitteretur
32 ad ordines sacros; † hoc loco transcribam, quod peculiũ illud dicatur, quod per patrem filio Clerico, ad effectum
33 prædictũm assignatur, † & num pater in bonis filio Clerico assignatis vsumfructum habeat, vt de bonis aduentitijs Filiofa. relictis, dicitur, super quo puncto dicen. videtur patrimoniũ prędictũ dici peculiũ Clerici castrense, vel quasi, & nullum ius vsusfructus in eo patri acquiri Cuchus cit. loco, num. 43. cum alijs, & latissimè Rol. cons. 16. lib. 4. vbi plura priuilegia fauore filijfam. clerici recenset.

Suc-

Successiue dico filiumfa. †clericum ob Sacerdotium liberari
34 à patria potest. Couarr. epit. decretali cap. quia nos, num. 5. de testam. & Rol. præcitato conf. 16. & circa patriam potestatem, quot modis contrahitur, & oritur patria potestas, de iure matris in filios, de iure, vel effectu patriæ potestatis, de vtilitatibus, quas filius ex patria potestate capit, & de solutione patriæ potestatis, latissimis habenis scribit Tholosan. part. 2. cap. 5. cum alijs lib. 11.

Et licet filius familias in iudicio esse non possit sine patris consensu, ex quo non habet integram personam, stan-
35 di in iudicio, ea tamen iuris sententia, locum non habet in filio fa. clerico, qui in beneficialibus sine patris consensu experiri potest, cum in spiritualibus vt supra dicebam, patria potestas non sit in consideratione, Menoc. recup. possess. remed. 15. nu. 319. & 320. quæ etiã non consideratur, in publicis iudicijs, neque in matrimonio, Vrsill. ad Afflict. decis. 151. nu. 12. & 13. & decis. 180. nu. 6. addo Fachin. contr. iur. cap. 41. lib. 9.

Si laicus habeat ius patronatus cum ecclesia, illud dicitur
36 mixtum, & priuilegium ecclesiæ transit in laicum, qui laicus cum infra quadrimestre beneficiatum præsentare teneatur hoc casu ratione communionis, poterit tamen præsentare cũ compatrono clerico intra semestre, Thesaur. de collatione benef. cap. 18. num. 46. cum duob. seq. Piasec. part. 2. c. 5. quæ benefit. conferre possit Episcopus num. 7. verbo Iuripatronatus, rursus Thesaur. de Iur. patron. capit. 21. num. 24. & ratio fundamentalis ea est, quia magis dignum attrahit ad se minus dignum, ità præcitati Doctores; & Io. Nicolaus ad Roch. de Curte de Iure patronatus lib. 2. num. 208.

Ad rem quæro, vtrũ Iuſpatronatus mixtũ iudicetur laicale quò ad derogationẽ, in quo Sũ.Põtif.derogare nõ ſolet, niſi accedat medietas vocũ, & in quo requiritur expreſſa derogatio, quod nõ, eſt in Iuſpatronatus eccleſiaſtico, ad quæſtionẽ videatur Put.deciſ.157.lib.3.Pariſ.de re-
37 ſig.q.4.nu.38.cum alijs lib. 2. Theſaur. d.c.21.nu.14. 15.& Mar.Ant.reſol.39.nu.9.cum ſeq.lib.pr.

Inſiſtẽdo in ſubiecta materia de Cleric.priuil.(ni fallor)dico Clericos legibus & ſtatutis Principis ſecularis in odioſis nõ ligari, licet in fauorabilibus illis vti, ac gaudere poſſint Cuch.cit.tit.de priuil.Clericorũ nu. 16.& Theſaur.eod. loco nu.6. & ſeq. Mar. Ant.reſol.83. nu.13.lib.primo, Gail.obſer.32.lib.2.& latè Genuenſ.de nõnullis ſtatutis laicorũ cap.75. per totũ; Vnde non videtur attendendũ
38 id quod ſcripſit Viui.q.28.nu.14.lib.j. dum dixit quod tpe penuriꝑ clerici cogi poſſint à Principe ſeculari ad vẽdeñ.egenibus furmẽtũ,&ſimilia, & ſuper illis bladis poſſit imponi pretiũ,quia nõ à prĩcipe ſeculari,ſed à ſuo epo clerici cogendi veniũt, teſtatur Genuẽſ.d.c.75.nu.4. & ſeq.

Rurſus dico Clericũ parochum, eccleſiã refectione ſiue re-
39 paratione indigentẽ, ẽt quod parochus de proprio patri monio ſit diues, reparare nõ teneri, cum Clericus de patri monio Chriſti viuere debeat, ſed nꝑ plusꝙ par eſt clericis faueã, ad quæſtionẽ addo videñ. Doctorem Io. Baptiſtã Coſt.Papicñ.ſuo tract.de port.rat.q.157.nu.9.cũ alijs, Theſ.de viſitatione c.31.nu.46.& ſeq.Tholoſ.par.j.c.j. nu.12.lib.2.videaturq; Cõſtit.Synod.Pap.c.20.par.2.

Iudices ſeculares nullo modo cauſas ad forũ eccleſiaſt.ſpe-
40 ctãtes, ad ſuũ forũ trahere debere, ſed permittere quod in foro eccleſiaſtico tractẽtur, Theſ.de excõm.c.38.nu.65 cũ alijs, & ibi Bulla Clem.Octaui, & Tholoſ.c.j.par.2.li. 15.

15. vbi de præstātia, potestatis ecclesiasticæ in laicam.

Clericum, certo loco non ascriptum, ab episcopo suo inuitū retineri non posse in sua Diœcesi, si non habet benefitiū
41 requirens residentiam, vel personale seruitium, sed quod eps teneatur illi dimissorias concedere, docet Genuens. de ordin. regul. cap. 83. num. 6. in hac Diœcesi passim similes dimissoriæ Clericis non habentibus onus personalis residentiæ conceduntur.

Clericos esse immunes ab omni onere tutelæ siue testamentariæ, siue legitimæ, siue datiuæ, & Cure non solum pupil-
42 lorum, & adultorum, sed etiam furiosorum, & similiū personarum, quibus Tutores, vel Curatores à legibus dātur, scriptum reliquit Thesaur. d. cap. 11. nu. 17.

Clericis à suo Ordinario solemnem pœnitentiam imponi nō posse, vt de laicis dicitur, quibus ab Episcopo solēnis pęnitētia imponi potest, vt est stare ante Ecclesiā enudatis
43 pedibus, & sacco indutos, & probat Thes. cit. loco nu. 18. & Genuens. de Cler. nob. pęnis c. 30. nu. 5. & 6. ratio prohibitionis fuit propter scādalū quod subditis immineret.

Clericus cōmisit delictum tēpore Clericatus, post delictum duxit vxorē, ambigitur à quo iudice sit puniendus, & cum tempus delicti sit spectañ. punieñ. ab ecclesiastico iudice
44 firmat Genuens. de Clerico post delictum c. 9. nu. 1. plus docet, quod si Clericus dum esset laicus, fuit relegatus à iudice laico, qui pēdēte relegatione effectus sit Clericus, si frāgat relegationē postq̃ assumpsit Clericatū, non posse puniri à iudice laico pro fractura prædicta, sed esse puniēdum ab ecclesiastico, cū sit nouū delictum cōmissum à ꝑsona, cuius status est mutatus, & effecta exempta, sed ne quis in fraudē fisci Clericalē habitū assumat, fuit à sacro Cōcilio ꝓuisum, vt in c. j. dicebā, ex Cōcil. c. 4. sess. 23. de refor.

Extant

Extant ſtatuta laicorum,quod Inſtrumenta habeant executionem paratam, an illa ſint etiam ſeruanda in foro eccle
45 ſiaſtico contra clericum,& de obligatione per laicum facta penes acta iudicis ſecularis,qui poſtea efficiatur clericus,coram quo Iudice de obligatione cognoſcatur, latè Genuenſ. de liquidatione Inſtr.contra Clericum cap. 16. per tot. vbi propoſitos articulos declarat.

Poſtremo quæro, vtrum familia Epiſcopi gaudeat fori priuilegio: quod famuli, ſiue familiares Epiſ. gaudeant fori
46 priuilegio, ita ut ſi delinquant non poſſint à Iudice laico puniri. Et quod ideo ſi eſſent mere laici, debeant ad Iudicem eccleſiaſticum remitti ſcribit Clar. §. fin. q. 35. verſ. quæro, nunquid familiares, Theſaur.ped.deciſ. 22. nu. 6. Menoch. in addit. de arbitr. caſ. 562. num. 13. ad lib. 2. Cent. 6. Theſaur. cit. cap. 11. num. 19. Genuenſ. dicto cap. 9. nu. fin. & Mar. Ant. reſol. 75. per tot. lib. primo, vbi etiam probat, Mar. Ant. quod Epiſcoporum Cancellarij veniant ſub nomine familiæ Epiſcopi.

SVMMARIVM.

1 *Arma portare cuilibet fore permiſſum.*
2 *Quid in Clerico.*
3 *Negotiatio eccleſiaſticis eſt illicita.*
4 *Negociantur illicite eccleſiaſtici poſſeſſiones conducendo.*
5 *Quæ ſint Clericis prohibita in genere.*
Clericos arbitrio Epi. puniri oi. appellatione remota eod. n. 5
6 *Clericus aleator quomodo puniatur*
7 *Limitatio.*
8 *Irregularem an incurrat clerici, chirurgiæ, vel Medicæ arti operam dantes.*
9 *Venatio etiam clericis in minorib. cōſtitutis, eſt prohibita*
10 *Dictum de venatione, nō extenditur quò ad piſcationē.*
11 *Venatio clericis q̄n. ſit licita.*
12 *Cle-*

12 Clericus nō ligatur ꝓclamate principis secularis venationē prohibētē, cui à potestate se culari, aues, canes, retia, & similia, auferri non possunt.
13 Venatio quibus sit permissa.

Quæ nam sint Clericis prohibita. Cap. 14.

QVæro vtrū Clericis arma portare liceat, & licet primo aspectu sit affirmatiuè respondendum, † cū arma por-
1 tare vnusquisq; possit ad tutelā sui corporis, proprieq; salutis teste Rol. cons. 3. lib. 2. ergo idem statuēdū quò ad
2 Clericos, cū & homines ij sint; † negatiuè tñ quò ad eos responden. cū eorum arma sint lachrymæ, & orationes, vt penes eund. nu. 2. Cauere igitur Clerici debēt, ne arma militaria secū ferant, nisi excōmunicationē subire velint, ex iusta autē causa, vt, cū per loca periculosa iter faciūt, sui tutaminis causa, nō, vt quēcunq; percutiāt, ferre eis gladios nō est interdictū, Cuch. de vit. & honest. Cler. nu. 17. 18. lib. 3. tit. x. adest Cōst. Syn. Pap. c. 4. par. j.
Clericos negotiatores esse non posse, quia difficile est inter
3 emētis, vēdentisq; cōmercium non interuenire peccatū, Thesau. de spol. Cler. c. 34. nu. 34. Cuch. ibi nu. 19. cum mult. alijs, in quibus docetur à quibus ꝑ Clericos sit abstinendū, & de quibus infra aliqua tangā: Quę negotiatio sit, Clericis permissa, & quæ interdicta declarat Genuens. de Cler. negotiat. c. 63. vltra id quod scripsit Cuch. cit. loco.
Prohibētur conducere laicorum possessiones, quia semper
4 lucri seu cupiditatis causa id fieri dicitur, quæ Clericis est interdicta, cum cupiditas sit mater vsurarum, Thes. dicto cap. 34. num. 35. Cuch. num. 30.
5 Omnia cōmercia secularia sunt Clericis prohibita, vt est frequentare tabernas, interesse spectaculis inhonestis, vt sunt histiriones mimi, ij enim sunt infames, contra quos

exclamat Menoch. in addit. de arb. caſ. 69. lib. 2. cent. 6. ludere aleis, vel taxillis, aduocati, ac procuratoris offitiū exercere, niſi aduocatio fiat pro ſua eccleſia, coniunctis pſonis, vel pro miſerabilibus, l. placet, C. de Epiſc. & Cler. non poſſe ferre ſententiā ſanguinis, vel literas dictare, & ſcribere, non præeſſe viris ſanguinū, nō exercere Chirurgiā, venationi nō vacare, nō cōfabulari cum mulieribus, ſanctimonialiū monaſteria nō frequentare, pānis rubeis, aut viridibus, manicisq;, aut lotularibus cōſuticijs, frenis, ſellis, pectoralibus, calcaribus deauratis, aut aliā ſuperfluitatē gerentibus, vti fibulis, corrigijs, auri, vel argenti, ornatū habentes, vel annulos, niſi quibus cōpetit ex offitio dignitatis, & à crapula, & ebrietate debent Clerici abſtinere, cū ebrietas, & mētis inducat exiliū, & libidinis prouocet incentiuū; quia in eos, tāquàm ſpeculū, reliqui oculos conijciunt, & in ijs caſibus arbitrio Epiſcopi puniri poſſunt omni appellatione remota, Trident. Concil. c. 1. ſeſſ. 22. de refor. Cuch. ſupra citatus à nu. 19. vſq; ad fin. Theſaur. de prohibit. & penis cap. 35. per totum, ad ſunt, & Conſtit. Synod. Papieñ. cap. 8. cum alijs, part. pri.

Quomodo puniatur Clericus aleator, & inquit Menoch. de 6 arb. caſ. 399. nu. 3. 4. lib. 2. centur. 4. quod is beneficia non poſſit obtinere, & vbi conferuntur, collatio nulla redditur, ſi verò iam ſit beneficiatus, & aleæ indulget, mitiori pena plectitur, niſi monitus perſeueret, & quod id quod ludi cauſa ſuper lucratus eſt, reſtituere teneatur, Rot. Rō. in nouiſs. deciſ. 426. part. 1. dicit quod Clericus luſor redditur inhabilis ad Curatum beneficium obtineñ. ſi eſt publicus luſor collatio eſt nulla, ſi occultus irritanda.

Dictū de Clerico luſore, limitatur, ſi cauſa recreationis fieret ludus, vt in conuiuio, vt loquitur citata deciſio, Itē ſi per

oſcu-

osculentum, & poculentũ, etiã si pecunia interueniat, modo sit in modica quãtitate, quæ quãtitas remittitur arbitrio boni viri, quia tunc etiã Clericis est ludus de iure Põ-
7 tificio permissus, modo non distrahantur à diuinis, & id raro, non persepe fiat, ad q. Nauar. cap. 19. de nono præcepto nõ concupisces vxor. prox. tui, Grassius decis. 121. & Diuus Thomas, q. 68. cum seq. art. 2. secundæ.

Declarando dũ supra dicebã, quod Clerici officium chirurgiæ exercere non possint, dico id esse prohibitũ Clericis in sacris cõstitutis tm̃, qñ fit cũ adustione, vel incisione, pę
8 na ipsa extẽditur ẽt ad cõstitutos in minorib. si sunt beneficiati: Imò dico ꝙ irregularitatẽ incurrũt Clerici, chirurgiæ, vel medicinæ operã dãtes, si inde sequatur homicidiũ, Cuch. ibi nu. 43. & Thes. de Irregul. c. fin. nu. 44. 45.

Quod venatio Clericis sit prohibita, prohibitio nedum extenditur ad Clericos in sacris cõstitutos, sed etiam in minoribus, Cuch. ibi nu. 45. cũ alijs, & Thes. d. c. 35. nu. 15. & ibi de pænis contra Clericos venatores, & multæ rationes assignantur, quare Clericis sit prohibita venatio.

Dictum de venatione, nõ extenditur quò ad piscationẽ, quia
10 in sacra pagina penitus inuenitur sanctum aliquem fuisse venatorẽ, piscatores aũt non pauci, Thesaur. d nu. 15.

Est tamen venatio Clericis permissa, quãdo ea fit animi de-
11 fatigati recreationis causa, Cuch. nu. 49.

Quid si venatio sit à principe prohibita: an Clericus à familia Iudicis secularis cũ canibus, auibus, retibus, & alijs instrumentis capi possit, illiq; ea eleuari, iam dixi ex Genuens. cap. 75. vbi quærebatur an statuta principis secu-
21 laris ligent etiam Clericos, & auctor ibi nu. fin. negatiuè respondet, vbi etiam tenet nõ posse potestatem secularem Clericum inuentum de nocte cum armis prohibitis à

 lege

lege principis ſpoliare, & armis priuare.

Quò ad venationem, dico non ſolum illam Clericis à iure foro prohibitam, ſed & laicis, ea enim principibus viris om-
13 nium maxime conuenit, cum ſit † rei militaris Comes, & meditatio rerum bellicarum, Ideo à veteribus ſummopere laudata eſt: nam in ea diluculo ſurgere, & equitare, currere, atroces feras obſeruare, excipere, ac iaculo petere, æſtum, frigusq; perferre, ſæpe etiam famem pati neceſſe eſt, ita vt in ea omnia bellica exerceantur, vt egregiè ſcripſit Andr. Gail. obſer. 67. lib. 2.

SVMMARIVM.

De pænis. Cap. 15.

PÆnarum genera contra Clericos plura sunt, quæ diuersimode à Iure Pontificio imponuntur secundum qualitates Clericorum delinquentium, & delictorum, de quibus hic succintè aliquid.

Primo, Clericus † beneficiatus matrimonium contrahens, pri
1 uatur beneficio, quod nedũ locũ hẽt in Clerico in sacris cõstituto, sed ẽt in minoribus, nã & ipse si vxorem ducat benefitijs priuatur, Clar. §. fin. q. 73. vers. Clericus bene-
2 ficiatus, † Ita quod sola spõsalia nõ sufficiãt, neć ingressus religionis, nisi secuta professione, cũ ijs spõsalibus durañ. & per ingressum ipsum, non sit sublata facultas resignandi ipsa beneficia, sed matrimonio carnali, & sic professione ingressus religionis secuta, tũc loci ordinarius de ipsis benefitijs tãquàm vacantibus disponere poterit, Parisi. de resig. q. 13. lib. 3. & q. 6. nu. 163. cum alijs lib. 5. & Quarant. verbo benefit. resignat. verlic. decima causa.

Clericus vltra annum sustinens excommunicationẽ priuatur beneficio, immo cum sit excõmunicatus est ipso iure pri-
3 uatus fructibus benefitij, vide tamẽ Tolet. cap. 14. nu. 9. lib. 1. quæ benefitia multis alijs modis Clerici amittunt, vt scribit Clar. d. q. 73. & ibi vide, & ibi de Clerico effecto milite, de quo pũcto ẽt scribit Paris. de resig. q. j. n. 22. l. j.

Quandoq; etiã imponitur ab ecclesiasticis iudicibus ob gra
4 uia clericorũ delictã pęna depositionis ab ordine, siue degradationis, & curiæ seculari tradũtur, quæ depositio, siue degradatio duplex est, verbalis, & actualis. Verbalis quãdo Eps pronunciat sententiã contra Clericũ, per quã priuat illũ ordinibus clericalibus, Actualis aũt depositio, quę propriè appellatur degradatio, ea est, qñ clericus non modo per sententiã priuatur, sed etiã actualiter & personali

ter

ter degradatur,exuitur, & ſpoliatur ordinibus eccleſiaſt. Clar. eod. §. fin. q. 74. Effectus huius degradationis eſt maximus,nã qñ degradatio eſt tm̃ verbalis, iudex laicus nullã hẽt iuriſdictionẽ in Clericũ; ita degradatũ,niſi tradatur ẽt curiæ ſeculari,ſed ſi ſit actualiter degradatus,poteſt iudex ſecularis eũ punire abſq; alia traditione,Clar. eod.§.fin.q.36.verſ.ſcias aũt: & in qua depoſitione,ſiue degradatione hodie interuenire nõ debẽt illa ſolẽnia de quibus loquitur Clar.d.q.74.verſ.ſed quæro,videlicet quod in degradando Ep̃o, requirantur duodecim Ep̃i, in degradãdo p̃sbytero, ſex Ep̃i, in Diacono, vel Subdiac. tres, ſi ſit clericus, quod ſufficiat ꝓprius Ep̃s; quia ad id fuit prouiſũ per ſacrum Conciliũ, c. 4. ſeſſ. 13. de refor.

Forma aũt verbalis depoſitiõis, & actualis degradationis,ea eſt quã ſupra excitaui,& de qua ẽt verba facit Sbrozz.de
5 off.vic.q.157.nu.10.11.12.lib.2.vbi docet quod facta ſolemni degradatione, ſeculari poteſtate præſente, degradãs pronunciabit, vt ſecularis iudex degradatum tãq̃ priuilegio Clericali exutum recipiat puniẽdũ in forũ ſuũ, & hoc citra periculum mortis in illũ ſentẽtia moderetur.

Qui Iudex ſecularis, tenetur ſtare ꝓceſſui Iudicis Eccleſia-
6 ſtici, cum degradatio ſit crimen merè eccleſiaſticum, quicquid ſit in crimine mixti fori, Sbrozz. ibi num. 13. & 14. addo Tolet. de Degradatione, ſeu depoſitione cap. 51. vbi late de degradatione lib. 1.

Cum degradatio ſit ordinis Epiſcopalis, & Epiſcopus, non autẽ inferior poſſit ab ordinibus degradare, ergo ſuo Vicario degradationẽ cõmittere Ep̃s nõ poterit, teſte Theſaur.de poteſt.Epiſcopi cap.4.nu.47.48.quidquid ſit de Iure, vtrũ Vic. Gener. Ep̃i Clericum ab ordinibus deponere poſſit,nec ne; Hodie per Concil.cit.c.4. fuit prouiſum,

sum, Vicariũ Episcopi ad verbalẽ depositionem deuenire
7 posse cum assistentia Abbatum, & aliorum constitutorum in Ecclesiastica dignitate; Actualis autẽ, & solẽnis degradatio fit per ipsum Episcopũ seruatis solemnibus, de quibus dict.c.4. sic declarat Sbrozz. d.q.157.

Viso de depositione, ac degradatione, illius formula, & per quẽ Clericus deponi, siue degradari possit: videndum pro
8 quibus criminibus degradari possit, & qñ sufficiat sola depositio, & quia de hisce late scribit Clar. §. final. q. 36. versic. scias etiam & versic. pariter, illum citasse sufficiat.

Cæterum sunt & alia Clericorũ delicta, quæ non sunt ita grauia, vt Clericis imponatur pæna priuationis benefitij, vel depositionis ab ordine, sed pæna suspensionis, † quæ su-
9 spensio est quædam censura Ecclesiastica, propter quam Clerico interdicitur, officium, seu beneficium, vel administratio, seu executio ordinis, vel Iurisdictionis, & sunt in iure multi casus, in quibus imponitur huiusmodi suspẽsionis pæna, vt de Clerico benedicente secundas nuptias, notorio fornicatore, & simoniaco, scribit Clar. eod. §. fin. q. 75. Quod secundæ nuptiæ non sint benedicendæ, & qđ Sacerdos contrafaciens puniatur, quia benedictio semel tradita vni ex coniugibus semper durat, docet Menoch. de Arb. Cas. 417. Thesau. de benedict. c. 6. nu. 10. Quod secundæ nuptiæ possint benedici, & quid Neapoli seruetur, docet Genuens. de secundis nuptijs cap. 60. de Clerico fornicatore, & simoniaco, vlterius hoc loco non procedo, quia suo loco dicam.

SVMMARIVM.

1 *Clericus blasphemus, quibus plectatur pænis.*

2 *Quando dicatur solitus blasphemare.*

Blas-

Blasphemia quid, & quotuplex, num. 3. 4.
5 *Blasphemia, mixti fori crimen, nisi sit hereticalis; quia à solo Iudice Ecclesiastico punitur.*
6 *Quare blasphemus in vtroq; foro puniatur.*
7 *Blasphemare consuetus, grauius punitur.*
8 *Iudex pœnas contra blasphemos à iure indictas, ex suo arbitrio ex causa augere, & minuere potest.*
9 *Blasphemia an dicatur, quando quis tribuit Deo, quod non est: quando quis iurat ad Corpus Christi, latè hæc & alia remissiuè.*

De Blasphemia. Cap. 16.

EX Bulla Pij V. incipiente cum primum, cauetur quod Clerici blasphemãtes nomen Dei, ac B.M.V. si habent beneficia pro prima vice amittunt fructus vnius anni, pro secunda vice priuãtur beneficijs, pro tertia omnibus etiã dignitatibus priuati, deponantur, & in exilium mittantur: quod si non habent beneficium, pro prima vice pœna pecuniaria, vel corporali puniantur, pro secũda Carceribus
1 mancipentur, pro tertia verbaliter degradentur, & ad remes mittãtur; Si verò reliquos Sanctos blasphemauerint, pro qualitate blasphemiæ, atq; personæ, pro arbitrio Iudicis puniantur, Genuens. de Clerico blasphem. cap. 64. Quarant. verbo Blasphemia, Innoleuit Constit. Synod. Papien. tum contra Clericos, tum laicos Blasph. c. 32. & 33. par. 4. & ibi registrata copia Bullæ Pij Quinti.

Videndum qualiter capienda sint verba Bullæ, dum dicit pro prima vice, an scilicet sit intelligeñ. pro prima vice blasphemiæ, vel punitionis, & dicunt citati scribentes, verba illa interprætanda pro prima vice punitionis, nõ blasphe-
2 miæ, etiã si Clericus fuerit pro illa prima vice inquisitus,

quod

quòd pluries blasphemasset, quia bulla videtur habere respectum ad correctionem Clericorũ; & addit Quar. quod ad hoc vt quis dicatur consuetus blasphemare, non sufficit, quòd per duas, vel tres vices id crimen commiserit, sed quòd ad inducendum prauum vsum, & vitiosum habitũ blasphemandi requirantur multo plures reiterationes.

Videndum quid sit blasphemia, & quotuplex: † Blasphemia,
3 est cũ Deo aliquid negamus, quod ei conuenit, aut aliquid Deo tribuimus, quod ei minime cõuenit, ergo est de Deo falsa loqui, & sic omnis contumelia in Deum, vel Sanctos prolata est blasphemia, Plot. in suo tract. de blasphemia post tit. l. si quando, C. vnde vi. Menoch. de arb. cas. 375. in princ. lib. 2. Cent. 4. & Clar. lib. 5. §. blasphemia.

Blasphemia triplex, prima quæ tantum corde fit, & non ore, & hæc non punitur in foro fori, quia Ecclesia non iudicat
4 de occultis, secunda dicitur oris blasphemia, quia stultus quòd corde cogitauit, profert etiam ore, tertia dicitur blasphemia facti, puta frangendo, vel percutiendo Immaginem D. D. nostri Iesu Christi, vel sacræ Virginis, vel Sanctorum, ac Sanctarum, Plot. relat. tit. vbi plura cumulata, adhoc vt Christifideles à blasphemijs abstineant, cũ nullum sit magis graue crimen, quo magis Deus Creator offendatur, quã blasphemia, & de tertio genere blasphemiæ, etiam loquitur Menoch. sup. citatus, cas. 376.

Crimẽ blasphemiæ, † est mixti fori, vnde laicus blasphemus
5 à foro Ecclesiastico, & sçculari puniri potest, nisi blasphemia sit hæreticalis, quia eo casu ab Episcopo tantum, vel Inquisitore, de eo crimine est cognoscẽdũ, Mar. Ant. resol. 12. lib. 3. & Thesaur. de Iurisd. ord. cap. 16. nu. 30.

Ratio † diuersitatis cur blasphemus de eodem crimine
6 possit ab vtroq; foro puniri, eà est, quia diuersæ sunt pœ-

næ, quia Iudex Ecclesiasticus contra laicum blasphematorem vtitur gladio spirituali laicus verò temporali vnde cum diuersæ sint pœnæ, potest de eo crimine ab vtroq; foro cognosci, & absolutus, vel punitus ab vno Iudice, nihilominus, & ab alio puniri potest, Clar. §. fin. q. 57. vers. sed hic occurrit, Rol. cons. 12. nu. 22. lib. 2. & Osasch. decis. 103. num. final.

Ex ordinibus Senatus Excellentiss. apparet fuisse ab eo punitos blasphemos, Grillenz. cons. 85. nu. 10. & seq. ait puniri ab Episcopo, & Iudice sæculari.

Blasphemare consuetus grauius punitur, quàm is qui aliquã-
7 do lubrico linguæ semel, vel bis blasphemat, Menoch. dicto casu 375. nu. 31. & 32. Thesaur. ped. decis. 241. n. 5.

Quæro vtrum Iudex pœnas à lege contra Blasphemos inductas augere, vel minuere possit; & videtur quod sic, cũ blasphemi iudicis arbitrio puniantur Menoch. ibi nu. 30.

Quod Iudex ex causa pœnam contra blasphemos indictam
8 augere, vel minuere possit ex suo arbitrio iuxta facti, & personarum qualitatem, docet Mar. Ant. d. resol. 12. nu. 5.

Scire cupiens quando dicatur blasphemia, vt si quis dixerit *al dispetto di Dio*, & quando non dicatur, videat Menoch. dicto cas. 375. & Thesaur. dicta decis. 241. qui optime
9 declarant quid sit blasphemia, quid maledictio, & quibus pœnis blasphemi plectantur, diffusè per Tolet. de blasphemia, & impietate cap. 13. lib. 4. & per D. Lazarum in suo tract. de blasphem. q. 17.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium quid, & quot modis committatur.*

2 *Adulterium, an sit crimen publicum, vel priuatum.*

Adulteros per maritos impune puniri, eod. nu. 2.

Adul-

De Adulterio. Cap. 16.

ADulterium, est coitus, per quem alterius Thorus violatur inquit Couarr. epit. decretal. c. 1. nu. 8. part. 1. ex Claro lib. 5. §. Adulterium, vers. 2. colligitur, quod tri-
1 bus modis committatur adulterium; primo inter virum coniugatũ, ac fœminam nuptã; secundo inter virũ coniugatũ, ac mulierẽ solutã; tertio inter virũ solutũ, & mulierẽ nuptã, propriè verò adulteriũ in viro est qñ violat alienũ Thorũ, lz. ipse nõ sit cõiugatus, in muliere autẽ qñ violat propriũ Thorũ, etiã si adulter nõ sit matrim. copulatus. Quæro, an adulterij crimen, sit publicum, vel priuatum, & Clar. d. loco, vers. est autem, dicit illud hodie esse crimen priuatum, Menoch. de arb. cas. 398. num. 25. 26. lib. 2.
2 Cent. 4. inquit, & maritos de adulterio accusantes Iudices irridere solere, quia adulteros sua manu viriliter punire possunt per quos accusetur adulterium, &

de materia adulterij videatur Boss. de Coitu damnat. n. 43
Si adulterium est crimen priuatum, & maritos de adulterio accusantes, Iudices irridere soleant; Quæritur qualiter
3 adulterium Clerici puniatur, qua in re dico, quod cũ de iure canonico omnia delicta sint publica, & cuilibet de populo competat accusatio, nedum pro adulterio procedetur ad accus. m mariti, sed etiam cuiuslibet alterius personæ, super quo crimine forte ex off. in foro Ecclesiastico ꝓceditur: videatur tamẽ ad punctũ, Genuens. de modo procedẽdi in delictis cap. 29. in hoc foro vidi maritos, licet viles personas, Clericos de adulterio accusantes, & & scio quemdam Clericum, eam ob causam ad remes missum; Viso quibus accusatio competat, videndum.
Qua pena puniatur Clericus adulter, & inquit ibi Clar. verbo quæro numquid, ad vers. sed quæro, quod pro crimine
4 ipso Clericus deponitur, & vlterius in monasterium toto tempore vitæ suæ detruditur, sequitur Couarr. epit. decretal. part. 2. cap. 7. nu. 19. sed hodie pœnæ sunt ordinarijs locorum arbitrarie, & secundum eorũ sanctiones, & Edicta, Clerici de adulterio puniuntur.
Quæritur quomodo adulterium probetur ad hoc, vt Cleri-
5 cus pro ipso crimine puniatur, & ad alios effectus nempe, vt maritus agere possit contra uxorem ad dotem, ac ad alias pœnas à iure indictas contra mulieres adulteras.
Et dico quod vxoris adulterium, siuè mulier copulam carnalem cum Clerico, aliouè religioso, siue cum laico habeat, ne dum probatur per testes deponentes de actu carnali venereo, sed etiam si deponant vidi talem mulierem solam in camera cum tali viro, qui eam deosculabatur, tangebat mammillas, & sic nudum cum nuda, licet non probent de copula carnali, teste Rom. cons. 91. num. 7.

Rol.cons. 34.nu.6.7. lib.2. Natta cons.205. num.3. & cons.559. n.3. his conscriptis addo Farinac.quæst. 136 de delictis Car. Rot.Rom in nouiss. decis.91. 95. 101. & 229. par.2. vbi latissime de indicijs, & adminiculis ad copulam carnalem probandam, ac copulã matrimonialẽ.

Quo probato, potest maritus agere ad dotem nedum receptam, sed etiam promissam, ac ad donationem propter
6 nuptias ac ad bona paraphernalia, Rol.cons. 50.num.7. & 8. lib.1. Boss. de Coitu damnato nu. 54. Clar. dicto §. adulterium, uers. & scias, ibi si verò, iuncto vers. adde.

Quas dotes, num mulier amittat etiam propter osculum impudicum, vide Menoch. de arb.cas. 287. lib. 2. Cent. 3.
7 & in addit. ad eundem casum 287. vbi locus magistralis, Farinac.quæst. 142. de delictis carnis, & Philipp.Massin. distinct. 27. cent. prima; quibus in locis de osculo impudico latissime.

Vlterius maritus propter vxoris adulterium, potest agere ad
8 Thori separationem, quo loci, maritus habita vxoris dote, ne famæ pereat, illam alere tenetur, Clar. d. §. adulterium, vers. facta autem, & Menoch. citatis in locis.

Cuius matrimonij separationem quò ad Thorum doctores
9 admittunt siue adulterium sit causatũ ex parte mulieris, siue pro parte mariti, & quando sit concedenda separatio matrimonij quò ad Thorum, Thesa. Ped.decis. 130.; quem est secutus Mar. Ant. resol. 35. lib. 1. Thesaur.de sponsal. & matr. cap.24.nu.111.cum alijs.

Quid si adulterium sit causatum ex parte viri, & mulier agat
10 ad Thori separationem, num maritus vxori dotem restituere teneatur, & affirmatiuè respondet Clar. citato §. adulterium, vers. & scias.

Adulterij pœna tàm in masculo, quàm in fœmina, quæ sit ex

omni

11 omni iure, docet Clar. citato loco, verſ. ſed quæro, reliqua notabilia in hac facti ſpetie, ſcire cupiens perlegat præcitatos doctores.

Quia dum de Clericorum priuilegijs loquebar ſcio me di-
12 xiſſe, quod Clericum percutientes, vulnerantes, vel occidentes ſunt excommunicati. Hic videndum, an maritus occidens, ſiue percutiens Clericum adulterum ſit excõmunicatus, & Couarr. qui egregie quæſtionem examinat par. 2. §. ſeptimo, cap. 7. epit. decret. num. 8. cum alijs ſentit, ꝙ non ſit excommunicatus, nec teneatur à Rom. Põt. abſolutionẽ petere, addo Tol. c. 34. verſ. 4. caſus, l. j.

Quid dicendum in percutiente Clericum cum ſponſa futura fornicantem, idem Couarr. epit. decretal. §. primo, n. 12 par. 1. credit eum excuſari, & abſolui poſſe ab Epiſcopo.

Succeſſiuè quo tempore præſcribatur accuſatio adulterij; & dico quod licet alia crimina regulariter non præſcribantur niſi ſpatio annorum viginti, nihilominus adulterij cri-
13 men præſcribi quinquennio, Clar. d. §. adulterium, verſ. fin. Quod intelligit, vt procedat in ſimplici adulterio, ſecus autem in adulterio cum inceſtu, quo loci vult, non præſcribi minori ſpatio, quàm viginti annorum, ſequitur Menoch. d. caſ 287. num. 13.

Poſtremo dico adulterij crimen eſſe mixti fori, vnde ſi laicus coitum habeat cum muliere nupta, tàm Iudex Eccleſiaſticus, quàm ſæcularis procedere poterit, quia hoc crimen
14 eſt violatio Sacramenti matrimonialis, quo loci eius vindicta non minus pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticum, quã ad ſæcularem, Clar. §. final. q. 37. verſ. quæro nunquid, & Mar. Ant. dicta reſol. 35. nu. fin. lib. 1. vbi etiam volunt quod ſi agatur de diuortio inter maritum, & vxorem, tunc de cauſa ſolus Iudex Eccleſiaſticus cognoſcat, vl-

tra

tra præcitatos patres de adulterio differentes, addo Toletum cap. 11. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Fornicationis nomen largè, & strictè sumitur, fornicatio simplex quæ, & de eius pœnis ex omni iure.*
2 *Clericus propter simplicem fornicationem punitur arbitrio Iudicis, sed non priuatur beneficio.*
Fornicarij regnum Dei non possidebunt, eod. nu. 2.

De Fornicatore. Cap. 18.

FOrnicationis nomen largè, ac strictè capitur, & fornicationis nomen dictum, ab eo quod meretrices in fornicibus, hoc est in locis abditis, & obscuris habitabant, & quæ altero de duobus modis sumitur in genere pro quouis coitu illicito, qui fit extra vxorem legitimam, quia oĩs
1 coitus de iure canonico prohibitus, præter matrimonialem, vt scribit Clar. lib. 5. §. fornicatio, in specie sumitur pro eo concubinatu, qui habetur a non coniugato cum meretrice, ancilla, soluta, vidua, vili, vel minus honesta, Menoch. de arb. cas. 289. & ibi in addit. ad eund. cas. vbi de pœnis ex omni iure.

Fornicatio simplex est coitus soluti cum soluta, præcitati doctores.

Quæro quæ sit pœna fornicationis de iure canonico in Clerico iuxta magis communem opinionem dicendum uidetur, quod Clericus propter simplicem fornicationem non incurrat pęnam depositionis ab offitio, uel beneficio, sed solummodo suspensionis à diuinis, estq; Iudici pœna arbitraria; sed si fornicatio Clerici habeat insignem deformitatem, ut si coitum habuerit cum muliere maritata, si

cum

cum affine, cum moniali, si cum sodomita, & similibus, tunc erit deponendus, Clar. d. §. fornicatio, vers. sed quaero, Menoch. d. cas. 289. nu. 2. & cas. 332. nu. 2. Genuens. de Concubinarijs cap. 31. nu. fin. Thesaur. de prohibit. & poenis, cap. 35. num. 28. & ibidem fornicarij regnum Dei non possidebunt, Innoleuit Constitut. Synod. Papien. de poena simplicis fornicationis, cap. 15. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Concubinatus ut dicatur plura requiri.*

2 *Clericus dicitur concubinarius etiam si in domo propria concubinam non retineat.*

3 *Cōcubinatus cum meritrice de iure ciuili non est prohibitus. At secus secundum Canones.*
In crimine concubinatus, qui sit Iudex competens, & quid in concubina Clerici, eod. nu. 3.

4 *Contra laicos Concubinarios Constitutio Synodalis Episcopi Bilij.*

5 *Clericus concubinarius quibus plectatur poenis.*

6 *Clericus concubinarius etiam notorius, nō potest priuari beneficijs absq; monitione.*

7 *Sententia priuationis beneficiorum contra concubinarios nō est festinanter proferēda propter fragilitatē hominū, sed cum magna consideratione, & probatio hoc loco debet esse concludens.*

8 *Clerico beneficijs priuato, officialium affines, & illorum familiares non posse ipsa beneficia impetrare.*

De Concubinatu. Cap. 19.

Illud in primis spectandum † quot requirantur ad concubinatum constituen. & licet inspecto iur. ciuili, sit pro-
1 banda continua habitatio, communis lectus, & mensa,
2 † nihilominus Clericus concubinarius, & is dicitur qui in aliena domo notam foeminam habet, cui solet carnaliter com-

commisceri,si de consuetudine constet, & diffamatus est in sua, vel ipsius fœminæ vicinia, quibus probatis, de concubinatu contra Clericũ à suo Ordinario procedi potest, Genuens.de cõcubinarijs,c.31.n.4.ad q.addo Clar.lib. 5.§.fornicatio vers.vnũ tñ scias, & Rot. Rom. in nouiss. decis. 547.n.4.par. 1.vbi quęrunt, quæ requirãtur ad cõcubinatum cõstituendũ, vide, & Tol.c.47. lib. 1. vbi ẽt adfert diferentiam inter concubinatum, & fornicationẽ.

Contra Clerici concubinam, si illa sit notoria, etiam Iudex sæcularis procedere potest, vbi verò sit occulta, ab Episcopo solo punitur. Sed Iudices laici in concubinis punien
3 dis parũ se intromittunt, cũ de iure ciuili coitus cum meritrice non sit punibilis, Clar.lib.5.§. fornicatio, vers. & in primis, & §. fin. q. 37. vers.quæro etiam, in hoc foro proceditur, nedum contra Clericos, & laicos concubinarios, sed etiam mulieres concubinas.

Contra cõcubinarios laicos innoleuit Constit.Synod.Papiẽ.
4 c.2. tit.in nouis Constit.ab Illustris. Præsule editis,† de Clericis concubinarijs, nullã facit mentionẽ Constit.ipsa cum fuerit prouisum per Sac.Conc.c.14. sess.25. de reform.per quod quibuscumq; Clericis prohibetur, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo, vel extra detinere, aut cũ eis ullam consuetudinẽ habere, alioquin ꝙ pœnis à sacris Canonibus, vel statutis Ecclesiarũ impositis puniantur, quod si à superioribus moniti, ab eis se non abstinuerint, tertia parte fructuũ, obuẽtionũ, & ꝓuẽtuũ beneficiorũ suorũ quorũcũq; & pensionũ, ipso facto sint priuati, q̃ fabricę Ecclesiæ, aut alteri pio loco arb.Epi applicẽtur, si verò ĩ delicto eodẽ cũ eadẽ, vel alia fęmina perseuerãtes, secũdæ monitioni adhuc nõ paruerint: nõ tm̃ fructus oẽs, ac ꝓuentus suorũ

 be-

beneficiorũ,& pẽsiones eo ipso amittunt, q̃ prędictis locis applicentur. Sed ẽt à beneficiorum ipsorum administratione, quo ad Ordinarius etiam vti A.S. delegatus, arbitrabitur, suspendantur, & ita suspensi, nihilominus eas nõ expellant, aut cum eis etiam versentur, tunc beneficijs portionibus, ac officijs, & pensionibus quibuscumq; Ecclesiasticis perpetuo priuentur, atq; inhabiles, & indigni quibuscumq; honoribus, dignitatibus, beneficijs, ac officijs reddantur, donec post manifestam vitæ emendationẽ ab eorum superioribus cum eis ex caussa visum fuerit dispensandum. Sed si, postquam eas semel dimiserint inter missum consortium repetere, aut alias huiusmodi scandalosas mulieres sibi adiungere ausi fuerint, præter prædictas pœnas, excommunicationis gladio plectantur; non obstante quacumq; appellatione; Clerici verò beneficia Ecclesiastica, aut pensiones non habentes, iuxta delicti, & contumaciæ perseuerantiam, & qualitatem ab ipso Episcopo Carceris pœna, suspensione ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, alijsue modis iuxta Sacros Canones puniantur.

6 Sciendum, quod & si Clericus Concubinarius notorius possit secundum Canones puniri absq; aliqua monitione, tñ ad priuationem beneficiorum absq; monitione peruenire non potest, Genuens. d. cap. 31. in princ.

7 Illud quoq; notandum, quod ad sententiam priuationis beneficiorum contra Clericos concubinarios, non est festinanter deueniendum, sed recto Tramite, ac seruatis seruandis, in tantum, quod ad beneficij priuationem deueniri haud possit, nisi probationes circa concubinatum sint concludentes, cum non sufficiant præsumptiones, docet Genuens. d. cap. 31. n. 2. & 3. ad hæc ẽt vide Tol. c. 47. l. j.

Plus

Plus dico, quòd si Iudex Ecclesiasticus deuenerit contra Clericũ ad benefitij priuationem, quod nec is, eiusq; affines, & familiares, poterunt beneficia ipsa impetrare, cũ collatio ad S. A. spectet, Quarant. tit. benefit. resign. verbo denique, f. 105.

SVMMARIVM.

1 *Clericus incestuosus qua pœna puniatur.*

2 *Inter quas personas committatur incestus.*

3 *Incestus, an ab vtroq; foro cognosci, ac puniri possit.*

De Incestu. Cap. 20.

Clericus coitum habens cum muliere sibi sanguine coniuncta; ab officio, beneficio; alijsue dignitatibus, & ho-
1 noribus deponendus venit, Clar. lib. 5. §. incestus, vers.
2. addo videndum Menoch. in addit. de arb. cas. 502. nu. 101. cum duob. seq. lib. 2. Cent. 6.

Quærunt scribentes inter quos committatur incestus, & vni-
2 co verbo plura compreendendo, dico incestum committi inter omnes personas sanguine coniunctas, etiam cognatione spirituali, quid de nefario coitu, qui committatur inter ascendentes, & descendentes, & cum sanctimonialibus, videatur Boss. de Coitu damnato per totũ, & Menoch. d. cas. 502. & ibi cõtra incestuosos recẽset pœnas à iure indictas, post hos patres latissime de materia tractãtes addo bullam Syxti V. de qua in bullario, nu. 64. f. 163 à terg. vbi Pontifex Max. ordinat, quod vir, qui scienter matrem, & filiam, siue duas sorores carnaliter cognouerit, vltimo supplicio puniatur; Idem de muliere carnaliter peccante cum viro, cum quo sit matrem suam, filiam, aut sororem concubuisse; Idem de muliere, quæ à patre

& filio, vel duobus fratribus fuit cognita, idē de viro, qui peccat cum ea, quam sit peccasse cum suo patre, filio, vel fratre.

Restat vt dicam, quis cognoscat de hoc crimine, num Ecclesiasticus, vel sæcularis Iudex, & Boss. relato tit. nu. 13. quærit à quo puniatur mulier laica committens se cum cōstituto in sacris, Osasch. Pedem. decis. 103. scribens de laico vxorem habente, & coeunte cum moniali, an à Iudice sæculari puniri possit, q. soluendo dicit, quod ab vtroq; foro de crimine ipso puniri possit, & quod punitus per Iudicem Ecclesiasticum, possit etiam puniri per sæcularem, & vt latius per ipsam decisionem, de Incestu late Toletus cap. 12. lib quinto.

SVMMARIVM.

1 *Stupri crimen, distinguitur.*
2 *Stuprum proprie sumptum cōmitti cum virgine, vidua, puero, & Domina.*
3 *Clericus stuprator qua pena puniatur in foro contentioso.*
4 *Iudicem Ecclesiasticum Clericum stupratorem compellere ad constituendas dotes virgini per eum stuprate.*
5 *Quando stuprator non teneatur stupratam in vxorē ducere, nec ad dotes cōstituēdas.*
6 *Stuprum dolo, vel per violentiam commissum punitur pœna mortis.*
7 *Dos quæ constitui debeat virgini stuprate per stupratorē.*
8 *Dos datur in pœnam stupri.*
9 *Quid si stuprata nollet maritari.*
10 *Quid si stuprator dicat puellam non fuisse virginem, cōtrariū verò asseueret puella, cui horum sit standum.*
Stuprum quomodo probetur, n. 11. & 12.
13 *Clericus de stupro accusatus, negatiuam in tortura sustinens, purgat omnia indicia.*
14 *Vidua stuprum committens, an amittat dotes.*

De

De Stupro. Cap. 21.

Stupri nomē in genere, & in specie capitur, † in genere significat oēm illicitū coitū, † in specie cōmittitur cū vir-
1 gine, cū vidua, cū puero, & inter seruum, & dominā, Me-
2 noch. in addit. de arb. ad cas. 288. Clar. §. stuprum, vers. 1. lib. 5. de hoc crimine late Tolet. cap. 11. lib. quinto. Videndū qua pęna puniendus veniat in foro cōtentioso Clericus virginē stuprans, & ꝙ à suo ordinario deponēdus ve-
3 niat, docet Clar. cit. loco, §. quæro, interdū hæc pęna est arbitraria, Menoch. cit. cas. 288. nu. 8. & cū hæc pœna sit Iudici arbitraria, sequitur ꝙ quemadmodū Iudex laicus, laicū virginē honestæ vitæ stupran. vel ad illam maritandā, vel ad dotes constituendas compellere potest, vt penes Clar. dicto vers. sed quæro, & Menoch. cit. loco n. 21. Idem de Clerico virginem honestæ vitæ stuprante, di-
4 cendum quò ad dotes constituendum virgini stupratæ, Menoch. ibi num. 22.

Si verò virgo non fuerit honestæ vitæ, vel vilis persona, stuprator ad illam in vxorē ducendam, nec ad dotem consti-
5 tuendam tenetur, neq; incurrit pœnam aliquam, Thesau. Ped. decis. 3. nu. 3. vers. 4. conclusio; Menoch. cit. cas. 288. n. 17. Rot. in nouiss. decis. 808. n. 5. cū alijs par. 1 Quid si in stupro uis interuenerit, & quod eo in casu stupra-
6 tor puniatur pœna mortis, docet Menoch. ibi num. 12.

Fingamus quod virgo stuprata fuerit honestæ vitæ, quam stuprator in vxorem ducere nolit, sed illam dotare, videndum quæ dos constitui debeat, & Menoch. sup. citatus, n. 18. 19. & 20. id omne Iudicis arbitrio committit, siue agatur de dote constituenda in foro conscientiæ, siue in foro contentioso, docens dotē cōstitui debere sm̄ qualitatē

& fa-

& facultatem ſtupratoris, habita etiam ratione qualitatis ipſius Virginis ſtupratæ, & quod hanc dotis conſtitutionē fieri iubeat Iudex laicus à laico, Iudex verò Eccleſiaſticus
8 à Clerico ſtupratore, † & cum dos detur in pœnam ſtupri, à Iudice habenda eſt etiam ratio virginitatis amiſſæ,
9 qua amiſſa plurimum perdidit, † & ad quas dotes conſtituendas ſtuprator tenetur, etiam quod ſtuprata nollet maritari, egregiè Theſaur. de ſponſal. ac matrimonio, cap. 24. à num. 135. vſq; ad fin.

Quid ſi ſtuprator dicat puellam non fuiſſe virginem tempore quo cum ea concubuit, puella vero contrarium dicat,
10 cui horum ſit ſtandum, & Clar. eod. loco, verſ. ſed pone, dicit quod in dubio virgo præſumitur, niſi ſtuprator probet contrariũ, Theſaur. d. deciſ. 3. n. 2. trã ſit cũ Clar.

Viſo quòd in dubio ſit ſtandum dicto puellæ. Videndum an
11 ex illius dicto ſtuprum probetur, & Mar. Ant. reſol. 7. n. 1. cum alijs, lib. 3. pro Clerico de ſtupro inquiſito, & negante, reſpondet quod mulieri dicenti ſe carnaliter fuiſſe cognitam non ſit credendum, nedum quo ad plenam probationẽ, nec q̄ faciat indiciũ ad torturã, ſed quod probata copula ſtetur iuramẽto mulieris, ſe tũc fuiſſe virginẽ.

Punctus ſtat in probando copulam, cum hæc clam, & in occulto fiant, & nunquid per teſtes domeſticos probari poſ
12 ſit; quod teſtes domeſtici in hoc non ſint idonei, ſed tantũ faciant indiciũ ad torturã, voluit Clar. ibi verſ. quæro, ergo aliunde ſumenda probatio, vt condemnatio ſequatur, quæ in hoc caſu num ſufficiat, licet non ſint teſtes de viſu, ſed præſumptiones violentæ, & proximæ, videatur Mar. Ant. d. reſol. 7. nu. 7. cũ alijs, huc ſpectant ea quæ docet Menoch. de arb. caſ. 116. lib. 2. Cent. 2. vbi ſcribit multos caſus, qui ſunt difficilis probationis, quibus

multum

multũ iudicis arbitrio tribuit, vide q̃ dixerim n. 5. ad c. 17
Vbi ergo Clericus de stupro inquisitus, contra se non habeat nisi mulieris stupratæ dictum, ac eius domesticorum, & Clericus in tortura negatiuam sustineat, tunc ad illam do
13 tandam condemnari non poterit, si per torturam, indicia purgata sint, Mar. Ant. dicta resol. 7.

Hactenus locutus sum de stupro cum virgine; quid si committatur cum vidua, an vidua amittat dotem? affirmantes sunt interpretes 31. negantes 32. quos cum eorum dictis
14 refert Menoch. d. cas. 288. nu. 33. vsq; ad finem, & residet cum opinione negantium: tamquam benigniori opinione, in qua etiam residet, Clar. vers. sed numquid, & Osasch. decis. 77. & Rot. dicta decis. 808. nu. 11.

SVMMARIVM.

1 *Sodomia est vitium contra naturam.*

2 *Sodomititij coitus pœna de iure diuino, & de iure gentiũ.*

3 *Sodomititij crimen etiam coniecturis probari.*

4 *Sodomita, an torquendus ex solo dicto pueri.*

5 *Obseruantia in Curia Archiepiscopali Neapolitana in torquendo stupratos.*

6 *Conatus, & attentatio, an puniatur in hoc crimine etiam effectu non secuto.*

7 *Separationem quo ad Thorũ matrimonialem fieri, ex eo quod vir de hoc crimine tentauerit vxorem, vnà cum restitutione dotis.*

8 *Crimen sodomiticum misti fori esse.*

9 *Clerici sodomitæ, quibus plectantur pœnis.*

10 *Quibus de caussis Clericus traditur Curiæ sæculari.*

11 *Quid si agatur de solo sodomiæ vitio attentato.*

De-

De Sodomititio vitio. Cap. 22.

Sodomia † est vitium nefandum, & super omnia delicta detestandum, & est coitus contra naturam, siue cum
1 fœmina; siue cum masculo, siue cum brutis habeatur, Clar. lib. 5. §. sodomia, num. 1. & 2. latissimè Menoch. in addit. de arb. cas. 286.

Pœna de iure communi, tàm contra agentes, quàm patiẽtes,
2 est mortis naturalis, sed hodie comburuntur, Clar. ibi, vers. sed quæro, Menoch. nu. 7. cum alijs.

Qualiter hoc tàm immane crimen sodomiæ probetur, & cum crimen hoc sit difficilis probationis, doctores admit
3 tunt, quod coniecturis, ac præsumptionibus probetur, quia lex in occultis est contenta de eo quod haberi potest, immo dicta coniecturata probatio habetur pro plena, ac sufficienti probatione ad condemnationẽ, quamuis tunc sit imponenda pœna extraordinaria, Mar. Ant. resol. 46. lib. tertio.

Quæro vtrum dictum pueri sodomitati solum faciat inditiũ
4 ad torturam, & lz. Boss. de inditijs nu. 60. quem citat Genuens. cap. 68. de quo infra affirmatiue respondeat, qui in indice meo de hoc puncto non loquitur; verum hoc nõ habet locum simpliciter, sed alijs adminiculis concurrentibus, adminicula sunt mala fama, mendacia, ac similia, Idem si quis à pluribus pueris nominetur, Genuens. de
5 sodomitis cap. 68. num. 2. † & attestatur quod in Curia Archiepiscopali semper torquentur pueri etiam laici, & mulieres, quæ dicunt se stupratas ad eorum depositionẽ conualidandam: quia dicuntur socij criminis, quorum dictum non valet, nisi cum tortura ad tollendam infamiam.

Vtrum in hoc nefando crimine puniatur affectus, etiam non

secu-

secuto effectu, & Clar. eod. loco, vers. quæro, dicit quod licet de iure idem sit seruandum in vitio attentato, quod
6 in consumato, quod Senatus tamen non punit in vitio attentato pœna ordinaria, sed extraordinaria, ad q. videatur Menoch. de arb. cas. 360. nu. 59. & 60. lib. 2. Cent. 4 & d. cas. 286. nu. 36. & seq. Genuens. d. nu. 2. scribit, quod in illa Curia pro crimine ipso attẽtato, sit pęna triremiũ.

In tantũ hoc crimen est adeo, Deo, ac legibus exosum, quod
7 inter virum, & vxorem est locus separationi Thori, vitio ipso etiam solummodo attentato, si maritus deuenerit ad actum propinquum, & tunc etiam cogitur ad restitutionẽ dotis, Mar. Ant. dicta resol. 46. num. 8. & 9. Clar. qui supra, vers. Item propter Menoch. d. cas. 286. num. 30.

Estq; hoc crimen misti fori, ideo de eo cognoscere poterit
8 vterq; Iudex Ecclesiasticus, & sæcularis, Clar. cit. loco, vers. hoc crimen, Mar. Ant. d. resol. 46. num. 5. Menoch. dicto cas. 286. num. 33.

Quid in Clerico sodomiam exercente; & inquit Thesaur. de prohibit. & pœnis, cap. 35. num. 29. quod concubitores præsbyteri, & Clerici sæculares, siue regulares, cuiuscunq; gradus, & dignitatis, tàm dirum nefas sodomiæ exercentes, omni priuilegio Clericali, omniq; officio, dignitate,
9 & beneficio Ecclesiastico de iure communi sunt priuandi, sed hodie ex bulla Pij V. sunt priuati, ita quod per Iudicem Ecclesiasticum degradati potestati sæculari sunt tradendi, quæ bulla per illud verbum [Exercentes] procedit in illis, qui quasi ex vsu continuo talem actum exercent, vnde non sufficit semel actum fieri, sed requiruntur plures vices, Genuens. d. cap. 68. num. 1.

Persona Ecclesiastica tribus potissimum de causis traditur
10 Curiæ sæculari: primo per abortum animatum de quo suo

N loco

loco dicam: secundo cum persona Ecclesiastica sodomiã exercet: tertio cum ad sacrum Præsbyteratus ordinem non promotus, sacerdotis tamen auctoritatem assumere præsumit missarum celebrationem vsurpans,& Sacramẽtum pœnitentiæ Christifidelibus ministrando, Quarant: uerbo abortus, vers. nota ex prædictis, reliquos alios casus per quos Clericus traditur Curiæ sæculari, refert Clar. §. fin. q. 36.

Vltimo quæro, qua pœna puniatur Clericus pro sodomia solum tentata, distinguendum, aut deuenit ad actum proximum, aut ad remotum, & sic solutio patebit, an ordinaria, vel extraordinaria pœna puniendus veniat Clericus pro ipso nefando crimine; Aduerte quod in vtroq; casu
11 Clericus pro tentato vitio nefando, priuatur beneficijs, cum sit vtroq; casu graue delictum, Genuens. d. cap. 68. num. 3. & 4. cuius dictis me remitto, & loca videnda.

Ideo ab omnibus Christifidelibus cauendum, ab hoc nefandissimo crimine, propter quod Deus subuertit Ciuitates Sodome, & Gomore.

SVMMARIVM.

1 *Simonia quid.*

2 *An sit simonia aliquid recipere pro labore, pro sacramentis ministrandis.*

3 *Parochus, Parochianis consuetas oblationes non offerentibus, negare non potest ministerium spirituale.*

4 *Simoniæ, crimen grauissimũ, & de illius origine.*

5 *Simonia triplex.*

6 *Simplicitas non excusat à simonia, licet quò ad alios effectus excuset.*

7 *Simonia est crimen merè Ecclesiasticum.*

8 *Quis absoluat à simonia.*

Simoniæ, pœna quæ sit, n. 9. 10.

11 *Clericus de simonia infamatus donec veritas excuciatur*

tur suspenditur à diuinis.
12 *Clericus simoniacus celebrãs irregularitatis pœnã ĩcurrit.*
13 *Simonia est de criminibus exceptis, in quo crimine sufficit probatio coniecturata.*

De Simonia. Cap. 23.

IN primis dicitur, quod simonia sit † studiosa voluntas emendi, vel vendendi spirituale, vel spirituali annexum,
1 Parif. de Confid. Benef. quæst. 41. num. 9. Clar. lib. 5. §. simonia, vers. primo.

Vtrum sit simonia recipere aliquid pro labore pro sacramentis ministrandis, & quod non sit simonia, illud quod Parocho datur pro labore in sacramentis ministrandis, dummodo non veniat in pactione rei spiritualis, & sit quid modicum, pro sacramentis autem ministrandis, ita vt ipsa Sa-
2 cramenta emantur, aliquid dando, erit simonia tunc hoc omnino prohibitum, probat Clar. ibi vers. quæro numquid, Osasch. Ped. decis. 99. num. 31.

Intantum Parochus parochianis ministerium spirituale præ
3 stare tenetur, etiam quod ipsi parochiani à consuetis oblationibus diù cessauerint, Thesaur. de primitijs, & obl. cap. 28. num. 35. & Osasch. cit. decis. 99. per totam, & ibi latè de iure exigendi oblationes.

Videndum de origine huius grauissimi criminis, & scribunt interpretes, quod originem habuerit à Simone Mago, qui prius tentauit emere gratiam Spiritus sancti à Beato Pe-
4 tro Principe Apostolorum, immo cœtera crimina † respectu huius, quasi pro nihilo reputantur, Parif. de Confid. benef. q. 8. num. 20. cum alijs, Thesaur. de mala benef. coll. cap. 32. num. 15.

Estq; simonia triplex, realis, conuentualis, & mentalis, de
5 quibus, & eorum pœnis, Thesaur. cit. cap. 32. num. 14.

Parif. de refign. benef. quæft. 6. lib. 14.

Vtrum fimplicitas excufet, & licet fimplicitas, quandoq; vt
6 etiam de rufticitate dicitur excufet, vt docet Menoch. de arb. caf. 193. lib. 2. Cent. 2. non excufat tamen in hac facti fpecie, tefte Puteo decif. 163. lib. 2.

Quod crimen fit fimonia, & effe merè Ecclefiafticum fcribũt doctores, ita quod Iudices fæculares, aliquo modo fe de
7 eo intromittere, & cognofcere non poffunt, Clar. eod. loco, verf. Hoc crimen.

A quo iure fit prohibitum fimoniæ crimen, & dicitur fuiffe vetitum, non à iure diuino, fed à iure pofitiuo, fiue hu-
8 mano, vnde fuper fimonia Summus Pontifex difpenfare poteft, & etiam fimplex Sacerdos in mortis articulo tantum, Thefaur. d. c. 32. num. 10. Parif. de refig. q. 2. num. 18. lib. 14. & q. 3. nu. 10. 11. & lib. 6. & q. 2. nu. 69. rurfus Thefaur. de difpenf. cap. 23. num. 9.

De pœna in fimoniæ crimine, Clar. eod. loco, verf. fed quæro cum feq. dicit quod notorius fimonaicus in ordine eft
9 ipfo iure fufpenfus ab officio, & quod Clericus fimonaicus priuatur beneficio; plus dico quod fimoniam committens eft excommunicatus, benefitium quod habet amittit, & quod fimonaici beneficia vacant ipfo iure, & poffunt ab alijs impetrari, & quod fimonaice beneficium refignans, illius titulum, & poffeff. amittit, & is, qui per fimoniam eft adeptus, illud retinere non poteft, Thefau. de poteft. Iurifd. deleg. cap. 17. nu. 40. cum alijs.

Rurfus dico, quod fimonaice benefitium obtinens, non fo-
10 lum illud non acquirit, fed eft illo priuatus ipfo iure, & inhabilis ad illud, & ad alia poftea obtinenda, Parif. de conf. benef. q. 58. nu. fin. Vlterius tenetur ad reftitutionem omnium fructuum per eum perceptorum, quæ pœnæ

locum

locum habent in simonia reali, Thesaur. d. cap. 32. num. 12. & 13. quod committens simoniam conuentionalem in vno beneficio, ex hoc reddatur incapax ad aliud beneficiũ, docet Put. decis. 80. lib. 2. addo Achill. de Grass. decis. 2. de simonia, & Rot. Rõ. ĩ nouiss. decis. 145. par. 3. l. 3

Quò ad Clericum de Simonia diffamatum vltra superius di-
11 cta, dico quod propter scandalum donec veritas excuciatur, est à diuinis suspendendus, Thesaur. de susp. & Interd. cap. 39. num. 72.

Plus quod Clericus simonaicus celebrans tamquam excommunicatus irregularitatem incurrit, scribit Thesaur. dict. cap. 32. nu. 11. Achill. d. decis. 2. num. 4.

Quæ probationes in hoc crimine requirantur, & cum simonia sit de criminibus exceptis, dico quod licet regulariter in alijs criminibus requirantur probationes luce meredia
13 na clariores, tamẽ in hoc crimine, sufficit probatio per cõiecturas, & præsumptiones, vt declarat Clar. eod. loco, vers. penult. & fin. pro casus clariori veritate habenda, sic dicendum, aut agitur de priuando simonaicum pro benefitijs antea obtentis, aut obtinendis, & in primo casu plene probationes requiruntur, secus in secundo, in quo agitur de simonaicum expellendo ab alijs benefitijs obtinendis, quo casu sufficiunt leuiores probationes, videatur tamen Paris. de confid. benef. q. 71. nu. 54. cum alijs, Mar. Ant. resol. 34. lib. 3. In eadem facti spetie addo Toletum cap. 84. 85. 86. 87. cum multis alijs, lib. quinto, vbi latissime de simonia.

SVMMARIVM.

Pœnæ contra procurantes abortum, quænam sint, n. 1. 2

3 *Clericus abortui causã præstãs quibus plectatur pœnis.*

4 *Animatum fœtus, quando dicatur, siue de masculo, siue de fœmina loquamur.*

De

De Abortu. Cap. 24.

EX Constitutione Syxti Quinti de qua pœnes Quarant. in suo bullario, verbo Abortus, cauetur, quod abortũ procurantes, consultantes, & consentientes quocumque
1 modo: siue laici, siue regulares, siue Clerici sæculares sint, quod incurrant pœnam homicidæ, quæ constitutio firma remanet, modo fœtus sit animatus.

Vnde si persona Ecclesiastica abortum, post animatum fœtus procurauerit, incurrit pœnam priuationis, inhabilitatis, degradationis, & traditionis Curiæ sæculari, quando
2 vero fœtus non est animatus, in totum tollitur Constitutio ipsa, & reducitur ad dispositionem iuris communis, Quarant. ibi num. 3. 4. & 6.

Qua pœna feriendus sit abortum faciens, ex omni iure, tũ diuino, tum canonico, tum ciuili, ac municipali, siue fœ-
3 tus sit animatus, siue non, siue scienter, siue ignoranter id fiat, & quando dicatur fieri abortus, latissime beneuole Lector explicatum habes per Thesaur. Ped. decis. 12. per tot. vbi locus magistralis, Menoch. de arb. cas. 357 lib. 2. Cent. 4. & pœnes eundẽ in addit. ad eundẽ cas. 357

Videndum quando fętus animatus dicatur, fętus animatus in masculo dicitur post quadraginta dies, in fœmina verò
4 post octuaginta dies, & si dubitetur, vtrum fœtus masculus, vel fœmina sit, præsumendum est esse animatum post 40. dies; diuersitatis ratio, cur anima infundatur in masculo intra 40. dies, in fœmina inter 80. ea est quia masculinus fętus concipitur ex semine calido in dextera parte matricis, quæ calida est, fętus verò fœmineus ex semine frigido in sinistra parte matricis, ita quod frigidum tardius in operatione, calidum verò velox, latissime Viuius decis.

decis. 82. lib. 1, Quar. dictoverbo abortus, n. 5. Menoc. eod. cas. 357. n. 3. qui ĩ hoc discrepat, dũ vult quod fœtus animatus esse non dicatur in fœmina nisi in 90. die, vbi philosophicas adfert rationes, super quibus non insisto.

SVMMARIVM.

1 *Clericus homicida, quibus afficiatur pœnis.*

2 *Homicidium, quando per industriam, et insidias cõmissum dicatur, quando dolosum, quando culposum, quã do ad deffensionem.*

3 *Clericus homicida, an priuetur ipso iure beneficio, vel per sententiam.*

4 *Clericus beneficiatus homicida, an beneficio renunciare possit antequam agatur ad priuationem.*

5 *An contra Clericum homicidam per hæredes occisi, agi possit ad damna, et interesse*

6 *Clerico beneficio priuato, an sint alimẽta subministrãda & quid si habeat pensionem*

7 *Clericus homicidium committens cum moderamine inculpatæ tutellæ, an incurrat irregularitatem.*

8 *Pœna, qua sit feriendus mortem sibi inferens. siue Clericus, siue laicus is sit.*

De Homicida. Cap. 25.

EX Sacro Concilio cap. 7. sess. 14. de refor. colligitur, quod Clericus qui per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari auelli debeat, qui sua voluntate homicidium perpetrauerit, etiam si crimen id, nec
1 ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultũ fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoueri possit, nec illi aliqua Ecclesiastica beneficia, etiã si curam non habeant animarũ, conferri liceat, sed omni ordine, ac beneficio, & officio ecclesiastico ppetuo careat

Si

Si vero homicidium, non ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo: vt quis se à morte defenderet, fuisse commissum narretur, quam ob causam etiam ad sacrorum ordinum, & Altaris ministerium, & beneficia quæcumq; & dignitates, iure quodammodo dispensatio debeatur; cōmittatur loci Ordinario, aut ex caussa Metrapolitano, seu viciniori Episcopo, qui nō nisi caussa cognita, & probatis præcibus, ac narratis, nec aliter dispensare possit.

Quod dicatur homicidium commissum per industriam, per insidias, & quæ probationes ad id crimen probandum re-
2 quirantur, quando dolosum, quando culposum, quando ad defensam factum dicatur, non explicantur citati articuli, quia eos habes Lector beneuole diligentissime, ac accuratè, explanatos per Clar. lib. 5. §. Homicidium, & Menoch. de Arb. Cas. 361. lib. 2. Cent. 4. & in addit. ad eundem casum, Addo latissime agentem Caballum in suo tractatu de omni genere homicid:

Quęrunt Doctores, vtrum Clericus homicida voluntarius priuetur beneficio ipso iure, vel requiratur sententia, & iuxta magis receptam opinionem est quod non sit priua-
3 tus ipso iure, sed sententia requiratur. Clar. eod. loco vers. de iure autem canonico, Thesaur: de prohibit. & pænis cap. 35. nu. 38. Rebuff. sua praxi benef. de modis amittendi beneficia num. 50.

Quęritur vtrum Clericus crimini obnoxius, ante sententiam priuationis beneficij, possit beneficium resignare, seu renunciare, Thesaur. eod. cap. 35. num. 39. Rebuf. eod. tit. nu. 51. affirmatiuè respondent, ad q. omnino videndus citatur Paris. de resign. q. 16. lib. 3. per totam, vbi locus magistralis, Quarant. tit. benef. resignat. vers. quinta causa cum alijs, & Mar. Ant. Cas. 70. lib. 1.

Vtrum

Vtrum contra Clericum homicidam, agi etiam possit per hæ-
5 redes occisi ad damna, & interesse, & videtur dicendum quod sic ex notatis per Put. decis. 280. lib. 3. & Achill. Grass. vnica decis. de Iniurijs, & damno dato.

Num Clerico beneficijs, ob demerita priuato, sint alimenta
6 subministranda, puta ab Episcopo, qui illum priuauit cogitandum relinquo: Quid si quis haberet aliquod beneficium, quo ob demerita priuaretur, haberetq; & pensioné, an esset reseruanda pensio, vt de illa uiuat, affirmatiuè respondet Paris. de resig. q. 2. nu. 14. lib. 6.

Successiuè Clericus, homicidium committens cum moderamine inculpatæ tutellæ, vtrum incurrat irregularitatem, & licet ex homicidio cum moderamine inculpatæ tutellæ
7 irregularitas non incurratur, modo homicida careat omni culpa, operam non det rei illicitè, & aliter mortem euitare non possit, quia inangulatus erat, vel sic arctatus, q; aufugere non poterat, nec se iuuare clamore, vel aliter, Ideo videatur ad casum Thessaur. de Irregularitate, cap. final. nu. 29. cum alijs, doct. Clement. 1. de homicidio.

Viso de homicidio à Clerico commisso, videndum qua pœna
8 sit Clericus, & laicus afficiendus, qui sibi mortem consciuit, vel qui vulnus sibi intulit, videatur Menoch. de arb. cas. 284. lib. 2. Cent. 4. nu. 35. & seq. vbi casum figurat.

Quid si Clericus se castrauerit, an aliqua pœna plectatur, & secundum Menoch. in addit. de arb. cas. 570. nu. 14. di-
9 cendum, quod secundum ius pontificium irregularis redditur, quàm irregularitatem Summus Pontifex tollere potest: nullam tamen pœnam indictam esse dicit aduersus castrantes, vel Clericum, vel laicum: & propterea pœna erit pro arbitrio iudicis indicenda, vt ibi nu. finali.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos maxima cum attentione, & diligentia Missam celebrare debet.*
2 *Sacerdos antequam accedat ad illud sacrum conuiuium, quæ obseruare debeat.*
3 *Sacerdos sortilegus, siue superstitiosus quibus plectatur pœnis.*
4 *Sortilegium quid sit.*
5 *Sortilegiorum professio est duplex, tacita, & expressa.*
6 *Qualiter maleficia curentur.*
7 *Sortilegiorũ causæ ad forum Ecclesiasticum spectant.*
8 *Sortilegiorum non hæreticaliũ pœna est arbitraria.*
9 *Hæreticos, & Maleficos, qui libet denunciare tenetur.*

De Sortilegio. Cap. 26.

SAcerdotes, † qui Missam, cũ omni munditia, ac puritate celebrare tenẽtur, quia maledictus homo, qui facit opus
1 Dei negligenter: † Ideo cauti esse debent in Missam cele-
2 brando, quam celebrare non debent, nisi prius matutinis absolutis, nisi ieiuni, nisi vnicam vna die, nisi super altari consecrato, & qui ét ad alia tenentur, de quibus egregiè scripsit Thesaur. de prohibit. & pœnis, cap. 35. num. 59.
3 cum alijs; † Cauere etiam debent in Missæ celebratione à sortilegijs, siue superstitiosis, alias debitis pœnis Ordinarij arbitrio puniuntur, vt notat Thesaur. eod. loco n. 76. cum alijs, & Menoch. de arb. cas. 388. lib. 2. Cent. 4. Est enim sortilegium † superstitio quædam illusoria, & sum-
4 mæ noxia, qua regulariter vtitur homo dæmonis ministe-
5 rio, † & quorum sortilegiorum, duplex est professio, tacita, & expressa, alia est sortilegiorum species, quæ fiunt ad amorẽ, aut in corpore, vel extra corpus, in corpore enim fiunt per cibum, ac potum, extra corpus, id est extra inte-

O stina

stina per aliquas mixturas compositas, ex herbarũ folijs,
6 vel radicibus, metalis, reptilibus terræ, auium plumis, & diuersimode fiunt ista maledicta maleficia, de quibus discurrit Thesaur. de sortilegijs, cap. 36. nu. 1. cum alijs, & ibi traditur modus, quo ista maleficia curantur.

Ad quem Iudicem spectet cognitio in hac facti spetie, an ad Ecclesiasticum Iudicem, vel sæcularem, & dico quod Iu-
7 dices sæculares nullo modo se intromittere debent, sed cognitio ipsa spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, & ad In-
8 quisitorem, quando sortilegia sapiunt hæresim, pœna† autem sortilegiorum non hæreticalium est tàm de iure ciuili, quàm canonico arbitraria, ad quẽ punctũ præuideatur Thesaur. dicto cap. 36. num. 19. & seq. vide Caball. resol. crim. 209. & 223.

Successiuè, an quilibet denunciare teneatur maleficos, & hæ-
9 reticos, & sic filius patrem, & vtrum debeat fieri denunciatio etiam si vitæ periculum immineat, & an denunciari debeant tenentes libros hæreticos, remissiuè hæc, & alia per Genuens. de denunciat. hæreticorum, & maleficorũ, c. 19. per totũ, De superstitione vltra citatas auctoritates addo videndum Tolet. de superstitione, c. 14. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Confessionem sacramentalem detegere, an & quando possit Sacerdos, & qua pœna feriendus sit, si eam reuelauit, quam detegere non poterat.*

2 *Laicus, qui in casu necessitatis alicuius audiuerit confessionem, eam reuelare non potest, et qua pœna puniatur, si illam reuelauerit.*

3 *Quid si confessarius, de voluntate pœnitentis confessionem reuelauit, vel quia confessio non fuerit absoluta.*

4 *Laicus, laico sua peccata confessus tempore necessitatis, si is*

si is conualescat, denuo corã Sacerdote peccata sua confiteri debet, & ab eo petere absolutionem, quam laicus impendere non potest.

5 *Pœnitenti contra confessariũ creditur, circa reuelationem confessionis.*

6 *Sacerdos tentans mulieres, uel pueros ad turpia in actu confessionis, qua pœna afficiendus sit.*

De Confessione Sacramentali reuelata. Cap. 27.

REctè, ac sanctè à summis Pontificibus constitutum est, non licere Sacerdoti secretam, atq; sacramentalẽ con-
1 fessionem † reuelare, quòd si Sacerdos illam reuelare ausus fuerit, sciat se esse deponendum, ac alijs pœnis arbitrio sui Ordinarij afficiendum, quàm nedum verbo, aut signo, aut alio quouis modo illi detegere licet, cum eam pœnitens non faciat Sacerdoti tamquàm homini, sed tanquam Deo, ergo sub sigillo custodienda, & vè illis, qui aliter, aut ob gratiam, amorem, riuerentiam, vel timorem agerent, quia vltra pœnas in foro cõtentioso indictas, subsunt, & pœnæ diuini Iudicij; propterea caueant Sacerdotes, ne in hunc errorem cadant, ne dent pœnas in vtroq; foro, & cordi habeant ea quæ docet Menoch. in addit. de arb. cas. 414. Cucch. de Sacram. Pœnit. n. 113. cum alijs, vbi de pœnis confessionẽ Sacramentalem detegentiũ, & exempla aliquot, quibus aliquis dicitur p̃dere cõfessionẽ. Quod dictum de Sacerdote, locum etiam habet in laico, qui in casu necessitatis loco Sacerdotis alterius audiuerit confessionem, quam sub secreto tenere debet, alias hoc dete-
2 cto pœna Iudici arbitraria punietur Menoch. ibi nu. 15. & 16. & Cucch. d. num. 115. & 116. ibi de laico, ac fœmina qui confitentis Sacerdoti peccata audiens, illa prodierit, ac detegerit.

Quid si confessarius confessionem reuelauerit de voluntate pœnitentis, vel quia ipsa confessio non fuerit absoluta, vt
3 quia confessarius pœnitentem ad superiorem remiserit, cum illum de quibusdam casibus absoluere potuerit, de quibusdam non, videatur Menoch. relato cas. 414. & ibi resolutio ad casum.

Dicebam licere laico tempore necessitatis, vt belli, vel pestis, loco Sacerdotis, alterius peccata audire: quæro nũ-
4 quid laicus pœnitenti absolutionem, audita confessione, impendere valeat, & negatiuè respondetur, cum illi peccata tantum auscultare liceat, quo facto, is qui peccata sua fuerit confessus, hoc desiderio suo consequetur à sũmo Sacerdote Christo peccatorum suorum remissionem, & à Censuris, si quibus innodatus erat, solutionem: si tamen is conualescat, vt quia tempore confessionis imminebat mortis periculum, aut illi, quæ imminebat necessitate eripiatur, qui laico fuerit confessus, debebit vbi primum sibi commodũ fuerit rursum peccata sua Sacerdoti confiteri, & ab eo absolutionem petere, Cucch. cit. tit. de Sacram. pœnit. num. 205.

Mouetur dubium, pœnitens conqueritur de Sacerdote ob illius confessionem reuelatam, Sacerdos negat, cui horum sit standum, & licet primo aspectu dici posse videatur, quod
5 in dubio sit credendum Sacerdoti tamquã laico digniori; nihilominus veritas hoc loco est in contrariũ, quia creditur pœnitenti ad Sacerdotẽ puniendũ pœna extraordinaria, si vero aliunde etiam conuincatur Sacerdos de reuelata confessione, proculdubio pœnam ordinariã non euitabit, Genuens. de Sacerdote reuelante confessionẽ c. 67.

Viso qua pœna affligendus veniat Sacerdos, qui pœnitentis
6 Sacramentalem confessionem detegit: Hic videndũ, qua

pœna

pœna puniatur, si fortè pœnitenté in actu confessionis ad turpia tentauerit, & refert Genuens. cit. c. 67. quòd in curia illa inquisitus quidã parrochus; quod mulieres in actu confessionis tentasset, & contra quem plures ex eis deponebant, fuisse tactu, & signis tentatas, & vna verbis, quod parrochus fuerit tortus, & non confessus, fuit tamen suspensus à Cura per annum de ordine Sacræ Congregationis S. Officij de Vrbe, nec est omittendum, quòd tentans mulieres in actu confessionis est vehementer de fide suspectus, quòd non benè sentiat de Sacramento Pęnitentiæ & casus esset Inquisitionalis, & possent degradari, & tradi Iudici sæculari puniendi, vt refert Quarant: in suo bullario, verbo Confessor, vers. sciendum est, vbi sunt insertæ litteræ Sac. Congreg. & faciunt etiã annotata dicto c. 67.

SVMMARIVM.

1 *Clericis non licere barbam nutrire.*

De Coma, seu Barba non nutrienda. Cap. 28.

Clericos comam, ac barbam nutrire non posse cautum ex Concilio Charthaginiensi, cũ alia sit vita Clerico-
1 rum, alia laicorum, ideo eorum caput in modum sphetæ rasum esse debet, quibus etiam non licet se vnguentis vngere: quoniam fęminarum illud est proprium, docent Tosan. in hoc breui discursu sæpius relatus, cap. 1. nu. 32. part. 2. lib. 16. Menoch. de arb. cas. 392. lib. 2. Cent. 4. & Thesaur. de potest. Episcopi, cap. 4. num. 19. extat Constitut. Synod. Papien. de Barba, & Coma non nutrienda, cap. 3. part. prima, & ibi additio Illustrissimi, ac vigilantissimi Præsulis æri mei.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non declinans forum sæculare, debet puniri.*

De Clerico se suponente aliene Iurisdictioni. Cap. 29.

SI Clericus in odium sui Præsulis, cui obedientiam, ac reuerentiam exhibere tenetur, ab alieno Iudice, maxime
1 à laico se in ius vocari permittat, cuius proroget iurisdictionem arbitrio sui Episcopi punietur, Genuēs. de remissione Clerici c. 6. nu. 8. Sbrozz. de off. vic. q. 204. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Clericus contra laicum in foro sæculari, sine iussu sui Superioris testimonium ferre non debet.*

De Clerico deponente coram Iudice sæculari. Cap. 30.

INdies in hoc foro per laicos licētia petitur examinādi Clericos in foro sæculari, quæ licentia regulariter in ciuili causa conceditur, in foro retentis tamen capitulis super
1 quibus licentia petitur, cui Clerico in primis citato, & iurato coram M. R. D. Vicario, facultas in scriptis datur; Quia si sine iussu superioris Clericus coram laico Iudice deponeret, ab eo puniretur, licet eius testimonium valeret, & quando licentia sit concedenda, quando non, egregie examinat Genuens. de Clericis deponentibus in iudicio sæculari, cap. 36. & Thesaur. de priuil. Cler. cap. 11 num. 11. ibi nec superior.

SVMMARIVM.

1 *Pœna contra impedientes Officialis Episcopatus verbis, vel factis, & sic Notarios, ... ac nuncios Curiæ.*

2 *Ex-*

De impediente in officio officialis Episcopatus. Cap. 31.

EX Constitutione Synodali Papien. cap. 19. part. 4. cauetur, vt nullus siue Clericus, siue laicus sit audeat Vicarios, Notarios, Officiales, & Nuncios dictæ Curiæ directè, vel indirectè impedire, nec impedientibus auxilium, opem, vel fauorem prę stare quominus officium suum libe-
1 rè, & expeditè exercere valeant sub pęna excommunicationis ipso facto incurrenda, & ibi; si vero vniuersitas, vel Commune prędictorum aliquid commisserit ecclesiastico sup-

supponimus interdicto, si quis verò quomodocunq; verba iniuriosa in prædictos Vicarios protulerit, aut in eorũ præsentia aliquid insolenter dixerit, vel fecerit arbitrio nostro pęnam subire teneatur sic cantat Constitutio.

Cum Constitutio ipsa de excommunicatione, interdicto, ac pęnis arbitrarijs verba faciat, congruum duxi, aliquid hoc loco succintè enarrare.

Excommunicatio est censura Ecclesiastica, vt est suspensio, ac interdictum, & inter alias pęnas nulla est maior in Ec-
2 clesia Dei, quam excommunicatio, & est neruus, ac gladius ecclesiasticæ disciplinæ, quæ excommunicatio excommunicati animam seperat à gratia Dei, quæ est vita ipsius animæ, & sic excommunicatus transit de familia Dei, ad familiam Diaboli, quæ etiam vocatur anathema, Maranatha, & quæ pluribus alijs nominibus appellatur, vt mors, medicina, mucro, seu gladius, virga ferrea, ergo à Christifidelibus timenda, de hoc scribunt Quarant. de auctoritate Archiepiscopi vers. Censura f. 64. Thesaur. de excõm. c. 38. nu. 1. cum alijs, Mar. Ant. resol. 38. num. fin. lib. 3.

Anathema prout capitur in iure, nihil difert à maiori excommunicatione, nisi in forma, quia forma anathematis est, vt proferatur ab Episcopo coram duodecim Sacerdotibus Episcopum circundantibus, & lucernas ardentes in manibus tenentibus, quas in conclusione anathematis in ter-
3 ram proijcere debent, & conculcare pedibus, & dicitur anathema quasi superna maledictio, vnde anathematizare est damnare, excommunicare, maledicere, & separare, & nô imponitur nisi pro crimine mortali, & illis qui aliter non possunt corrigi, nec competit inferiori Episcopo, nisi inferior Episcopo habeat Episcopalem iure speciali iurisdictionem, Rebuf. verbo Bulla Cœnæ Domini, ibi verbo

P excom-

excommunicamus f.433. Thesaur. dicto cap. 38. nu.3. Sbrozz. de off. vic. q. 170. lib. 2.

Hæsitatur, vtrum Vicarius Episcopi possit excommunicare, & anathematizare: quò ad excommunicationem respondetur posse illum excommunicare, nedum Clericos, sed &
4 laicos, cum excommunicatio sit actus Iurisdictionis Episcopi, quæ transit in Vicarium, qui Vicarius Episcopi etiã quod non esset Sacerdos excommunicare tamen potest, vt excommunicare etiam potest Vicarius capitularis sede vacante, Sbrozz. q. 168. eod. lib. 2.

Quid dicẽdum, an anathematizare possit, & licet ex his quæ dixit supra Rebuf. dici posse videatur quod non; nihilominus veritas stat in contrarium, ex quo Vicarius Episcopi, non solum habet Episcopalem iurisdictionem, sed est
5 vna, & eadem persona cum Episcopo, qui cũ sine speciali mandato possit excommunicare, potest pariter anathematizare, cum anathema vt sup. dicebam ab excommunicatione quò ad vinculum non diferat, sed tantũ quò ad solennitatem, quę solennitas hodie non seruatur, Sbrozz. dicta q. 170. eod. lib. 2. quò ad excõmunicationẽ vlterius nõ insisto, quia incidenter hæc retuli, venio ad Interdictũ

Interdictum est Censura Ecclesiastica, qua prohibentur di-
6 uina officia, sacramenta, & sepulturæ actiuè, & passiue;
7 † estq; interdictum duplex, scilicet locale, & personale, quo casu si locus tantum fuerit interdictus, potest loci populus in alio territorio non interdicto participare diuina; Quod si loci populus solum fuerit interdictus, externi licitè ibi audient diuina exclusis interdictis, cum interdictũ non extendatur de persona ad personam, nec de loco ad locum; ipsi verò interdicti, nec in loco interdicti, nec alibi possunt adesse diuinis, sed cum illis interdictum deambu-

lat,

8 lat,† vt de excommunicatione dicitur, quæ sequitur excommunicatum, vti lepra leprosum,vt hoc vltimum dictum refert Papiensis Pract gl.tamquam publicè excommunicatum tit.responsiones rei, Piasec. de pœnis, num. 73.& doctè Tolet.cap.12.nu.6. lib. 1.

9 † Dum de vniuersitate, ac communi ipsa Constitutio loquitur,omisso verbo excommunicationis,vtitur verbo interdicto Ecclesiastico supponimus; ratio diuersitatis ea est,quia Ciuitas,Vniuersitas, Oppida, Collegia, & Capitula excommunicari non possunt, quia non habent, nec animã,nec corpus, excõmunicatio autẽ ferri nõ põt nisi cõtra certas personas,& Christianas,Tolet.c.8.l.j.Vnde Communitates loco excommunicationis supponuntur interdicto, quando ex causa interdici possunt, Thesaur. de decimis, cap. 27. num. 38. & de suspens. & interdicto, cap. 39. num.79. & 86.

Quod Ecclesiasticum interdictum generale pluribus modis,
10 per Ecclesiam imponitur primo † quando D.Regni, Ciuitatis, vel alicuius loci impedit,ne Legatus, vel Nuncius Apostolicus exequi possit officium suum locis eisdẽ designatis, quia tunc eius Regnum,Ciuitas, ac loca eidẽ subiecta, tandiù sunt ipso Ecclesiastico supposita interdicto,quandiù in huiusmodi contumacia D.loci perstite-
11 rit,† Item Ciuitas,locusuè,& qui Episcopũ offendiderint, temerè percusserint, banniuerint, vel fieri mandauerint interdicti pœna puniuntur, quorum filij, per lineam masculinam descendentes,vsq; ad secundam generationem ipso facto inhabiles ad Ecclesiastica beneficia in Ciuitate & Diœcesi in quibus Episcopus præsidet, obtinenda redduntur, Thesaur.dicto cap. 39. num.80.& 81.cum alijs addo,& Clar.§. fin. q. 76. vers. Item Ciuitas.

Addo quod Interdictum de quo agitur, est duplex locale, & personale, & hoc Interdictum locale, siue personale est ēt
12 duplex, speciale, & generale, vnde Interdictis Ecclesijs puta ob Principis delictum, sunt etiam Interdicta Oratoria, Capellæ, & Cimiteria, prout Interdictis Ciuitatibus, suburbia etiam interdicta censentur, Thesaur. eod. tit. citato nu. 79. & 85. quod locum habet in interdicto generali, quia si ageretur de interdicto particulari puta vnius Ecclesiæ, vel Oratorij, aliæ Ecclesiæ, ac Oratoria ab interdictis diuisa, non intelliguntur comprꝗhensa sub ipso particulari interdicto, quia in pœnalibus, ac odiosis, non fit extensio.

Quæ sint permissa tempore interdicti: dicitur esse multos casus ab interdicto exceptuatos; primo Baptisma infantium, secundo confirmatio, tertio confectio chrismatis, quarto confectio Corporis Christi semel in hebdomoda
13 ꝑ infirmis, & tūc submissa voce Ianuis clausis, nō pulsatis campanis, excommunicatis, & interdictis exclusis, quinto matrimonij celebratio, sexto pœnitentiæ sacramentū, septimo Euchareſtiæ Sacramenti administratio pro viatico, Thesau. ibi n. 87. cū alijs, & Piasec. cit. tit. de pęnis, n. 74

Videndum qua pœna sit afficiendus violans interdictum, & dico quod celebrans, vel aliquem actum ordini sacro de-
14 putatum exercens in loco interdicto, præterquam in casibus concessis incurrit irregularitatem nō nisi à Papa dispensandam; vnde nec Episcopi possunt in ecclesia interdicta minores ordines conferre, nisi prius interdictum sustulerint, vel suspendiderint, & qui ipsum interdictum violant, sunt ipso iure ab officio, & Iurisdictione suspensi, Piasec. citato loco num. 75. Cucch. de Episc. lib. 2. tit. 6. num. 318. & seq.

Quid

Quid in laico violante interdictum, domini temporales, qui tempore interdicti cogunt celebrare, vel cōuocari faciūt per præconium populum ad audienda diuina, sunt excommunicati Papali excommunicatione cum reseruatione.
15 Item, & illi Interdicti nominatim, qui à celebrante admoniti, vt exeant renuunt exire, ligātur eadem censura cum reseruatione Clement. grauis, & ibi Zabarell. de sent. excōmunicat. De interdicto latis habenis docuit Tolet. cap. 1. cū alijs, f. mihi 655. cum alijs, post lib. septimum.

Dixitq; ipsa Constitutio, si quis vero quomodocunq; verba iniuriosa &c. nō extra iuris dispositionē esse vr, quin Iudices Ecclesiastici punire possint laicos, ac eos carcerare, si eorum aures offendunt, & similiter partes, si dum sunt sub Iudice Ecclesiastico ad inuicem conuitia dicunt, vel se percuciant; Idem dicendum quod possint laicos pu-
16 nire, ac carcerare, si iniuriam inferant Notarijs, & scribis exercentibus suum officiū, cum offendant Curiam, vt & in Curia Archiepiscopali Neapol. seruari testatur Genuens. de Potest. Episcopi, super regul. cap. 59. num. 7. & 8. si illi credimus.

Idem iudicandum vr si laici offendant Cursores Episcopalis Curiæ exercentes officium suum; & in illa Curia Ar-
17 chiepiscopali, vt refert Genuens. de laicis offenden. Cursores cap. 11. laici, cursores ipsos offendentes in actu officij carcerantur, ac puniuntur, per eandem Curiam, ratione offense iurisdictionis, quæ prorogat in eam iurisdictionem, vbi multos casus refert.

SVMMARIVM.

1 *Clericos pro delicto per eos cōmissa non posse puniri nisi à Iudice Ecclesiastico.*

2 *Quid si Clericus committat cri-*

crimen contra suum Principem sæcularem, vel si agatur de assassinio.

3 *An in casibus in quibus Clericus à Iudice laico puniri potest; requiratur prius degradatio, & quod tradatur Curiæ sæculari.*

4 *Clericus incorrigibilis, quando dicatur.*

5 *Super incorrigibilitate, an requiratur Iudicis Ecclesiastici declaratoria.*

6 *Quid si sit incorrigibilis reus ipsa.*

7 *Clericus incorrigibilis non degradatur, nisi in certis casibus.*

8 *Clericus incorrigibilis, si vult agere pænitentiam, non est degradandus.*

9 *An Iudex sæcularis, cui Clericus traditur, illum corporaliter punire possit.*

Quid fuerit cum Clericis incorrigibilibus obseruatum in foro Episcopali Papien. num. 10. 11. 12.

De Clerico incorrigibile. Cap. 32.

PAssim penes criminalistas recipitur Clericum pro delicto ab eo commisso quamuis enormi, puniri non posse nisi per suum Iudicem, vnde Iudex sæcularis nullo modo potest occasione alicuius delicti procedere contra Clericũ,
1 aut religiosum, & hoc ratione priuilegij à Deo Clericali ordini concesso, vt dicebam cap. 13. quod etiam firmat Clar. §. fin. q. 36. verf. 1.

Difficultas stat; vtrum Iudex sæcularis contra Clericũ procedere possit, si Clericus se enormitatibus immisceat, puta quia coniurauerit contra suum Principem naturalem, sit de assassinio inquisitus, ac de alijs similibus, adhoc citatur Clar. ead. q. 36. verf. quæro numquid iuncto verf. Item quæro.

Vtrum in casibus in quibus potest Clericus puniri à Iudice sæculari, requiratur prius degradatio, & quod tradatur Curiæ

3 Curiæ sæculari, quid sit de iure, quiduè obseruetur Clerico existente in fortijs Iudicis sæcularis, potest allegari, Clar.d.q.36.vers.sed quæro cũ seq. Boss.de foro cõpet. n.131.vbi de Clerico incorrigibili, vide scripta, c.15.n.8

Punctus stat in cognoscendo, quando Clericus dicatur incorrigibilis, adhoc vt Iusticiæ sæculari puniendus tradatur,
4 & Boss.eod.tit.nu.132.sic scribit, omnis delinquens, qui non vult agere pœnitentiam, etiam quod non sit depositus est incorrigibilis, subdit: Aut quæritur de eo, qui effectus est fori sæcularis: & dicendum est, quod aut loquimur in Clerico, qui non incidit in habitu, & tonsura, & dicitur incorrigibilis si præcessit trina monitio. Aut in eo, qui incedit, & dicitur incorrigibilis, primo si sit depositus
5 secundo excommunicatus, tertio anathematizatus, & adhuc sit contumax, quo facto absq; alia declaratione facti efficitur fori secularis, ad punctum quando super incorrigibilitatẽ reqratur declaratoria, antequàm Clericus Curiæ seculari puniendus tradatur, & quando non, legatur, Clar.d.quæst.36.vers.sed quæritur.

Quid in eo qui incedit in habitu, & Tonsura, & tñ est incorrigibilis, numqd sit à suo iudice degradandus, & Curiæ sæculari tradendus, adhoc vt puniatur, vel aliter sine degradatione sit priuatus priuilegio fori, & docet Boss.eod.tit.
6 nu.134.quod non sit priuatus priuilegio fori ex quo incedebat in habitu, & Tonsura, quem sequitur Clar.d.quæst. 36.vers. Cæterum, & ibi quid obseruetur per Senatum in Clerico seditioso.

Scias quod Clericus ẽt ĩcorrigibilis, non degradatur, nisi in
7 casibus exceptis de qbus penes Boss.nu.135.& Clar.d.q. 36.vers.scias ẽt, crimin, pro qbus degradari meretur, est hæresis, falsi cõmissi in literis apostolicis, & cõspiratiõis ĩ ꝓpriũ Epm.

Quæ-

Quæritur Clericus commiſſit crimen, pro quo degradari me-
8 retur, vult agere pœnitentiam, quid iuris; eo loci abſti-
nendum à degradatione, & eſt detrudendus ad perpetuos
carceres, vel in Monaſterium, Boſſ. ibi nu. 136.
Ponamus, quòd Clericus à ſuo Iudice pro crimine pro quo
9 à iure imponatur pœna mortis, eo degradato, tradatur
Curiæ ſæculari, num pœna mortis puniri poſſit: quicquid
ſit de iure, Iudices ſæculares Clericos ſic degradatos,
& conſignatos, puniunt pœna mortis, Clar. ibi verſ. ſed
an Iudex ſæcularis, quia per degradationem efficitur fo-
ri ſæcularis, vnde tamquam laicus puniri debet, & hoc
paſſim obſeruatur.
Cum de Clerico incorrigibile agatur: dicam quid obſerue-
tur in hoc foro ſub Illuſtriſs. Antiſtite; tempeſtate mea,
10 ſcilicet anno 1612. 21. Maij, quidam Clericus de Sea-
cho, ac furto inquiſitus, fuit ab eodem Illuſtriſs. declara-
tus indignus habitu Clericali, & quodamodo in anthea
habitu ipſo, vti non poſſet, & vt latius in actis Cancel-
lariæ penes Balconum tunc coadiutorem offitij Crimi-
nalis in cuius locum ſucceſſit M.R. I.C. Auguſtinus Giu-
ſius mei amantiſſimus.
Eodem anno 10. Iulij, duo Clerici loci S. Saluatoris Status
Montisferrati, Papienſis Diœceſis, tamquam incorrigi-
11 biles ab eodem Præſule priuati fuere habitu Clericali, eis
prius monitis ſub pœnis, ac Cenſuris Eccleſiaſticis, vt ha
bitum ipſum depoſuiſſe deberent, ex quo mandatis non
obtemperantes, contumaces fuerunt.
Eodem anno 11. Decembris, fuere citati nonnulli Clerici de
hac Ciuitate ad defferendum in actis Cancellariæ Inſtru-
menta ſuorum ordinum, cum monitione quod reſponde-
12 re deberent, an perſeuerare vellent in habitu Clericali,
vel

vel ne, aliàs quod declarabitur eos non gaudere fori priuilegio, & esse suppositos Iurisdictioni Iudicis sæcularis: qui Clerici sic citati, Magistratui obtemperantes, in actis Instrumenta suorum ordinum produxerunt, respondentes sese in habitu Clericali perseuerare velle, & consequēter gaudere velle fori priuilegio, quo stante, vlterius contra eos non fuit processum, sed in pace dimissi; prædictas obseruantias in Curia, mihi Balconus tunc coadiutor, sic interrogatus, notificauit.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum pœnæ mitiores ijs, quæ laicis imponuntur.*
Obseruantia in Curia Archiepiscopali Neapolitana in Clericis puniendis, eod. num. 1.
2 *Laici regulariter non sunt idonei testes contra Clericos.*
3 *Hodie laici in Curijs Ecclesiasticis admittuntur ad denūciandū Clericorum delicta.*
4 *Ad carcerationem Clericorū passim non proceditur, & quid obseruetur in Curia Archiepiscopali Neapolitana.*
5 *Carcer infamat.*
6 *Carcer qualis esse debeat.*
7 *Clericus carceratus, quādo sit fideiussori relaxandus, quādo non.*
8 *Clerici non carcerantur, nisi legitimis præceden. inditijs.*
9 *Clericus carceratus pro vna causa, an pro alia recōmendari possit.*
10 *Carcerare Clericos, quando posint laici.*
11 *Carcer iustus est metus, estq; species seruitutis.*
Carcer efficit, vt in eo gesta sint nulla, eod. nu. 11. 12.
Quid de consuetudine obseruetur, eod. num. 12.
13 *Fideiussio coram vno Iudice facta, an transeat in successorem.*
14 *Fideiussor, qui reum præsentare promisit, quando sit liberatus.*
15 *Fideiussor de præsentādo, an posit moram purgare.*

16 Fidei ussor de præsentãdo, an cadat in pœnã, si reus ex alia causa fuerit accusatus.

17 Num fideiussor liberatus intelligatur, si reus statum mutauerit, quia de laico effectus sit Clericus.

18 Quid si reus sit ex alia causa bannitus, & quid obseruare soleant Iudices.

19 Fideiussor qui infra certum terminum reum consignare promittit, ad hoc vt in pœnam cadat, an requiratur monitio.

Quid de consuetudine obseruetur in recipiendis promissionibus, ac fideiussionibus, eod. num. 19.

20 Clericus post delictum effectus laicus, vel è contra, à quo Iudice puniatur.

De Carcere. Cap. 33.

PAssim in omnibus Ecclesiasticis foris contra Clericos delinquentes obseruatur, quod pro delictis ab eis patratis, si delictorum qualitas meretur, carcerantur, torquentur, & debitis pœnis secundum delicti, & personarum qualitatem puniuntur, in quibus tamen puniendis mitior est Ecclesia, eò quod in foro sæculari contra laicos
1 obseruatur, habito respectu ad ordinem Clericalem, ne laici scandelizentur, vnde hoc loco adnotabo id quod egregiè scripsit Genuens. de Clericorum nobilium pœnis cap. 30. vbi dicit quod in illa Curia, Clerici filij doctorũ, vel aliàs nobiles, non condemnantur ad remes, sed relegantur, vel Carceribus mancipantur, vel in exilium mittuntur, aut condemnantur ad ministrandũ infirmis in aliquo hospitali, monens id obseruari debere per Iudices ecclesiasticos, ne scandala oriantur, & eosdem Iudices nedum nobiles, sed ne etiam populares, diuites, & honestiores ad penas ignominiosas condemnant, & vt latius dicto c. 30. quam obseruantiam de qua in Curia Archi- 8
episc-

episcopali Neapolitana, approbatã scio in hoc, & in alijs ecclesiasticis foris, nam passim Clericos ad remigandum, Iudices ecclesiastici non mittunt, sed alijs mitioribus vtuntur pœnis, nisi agatur de delictis exceptis, siue grauibus; (ecclesia mitis.)

Videndum quo iure procedendum sit cum de Clericorum de
2 lictis agatur, & num quoduis testimonium contra eos admittatur; qua in re, dico quod laici, maxime viles personæ regulariter contra Clericos in criminalibus non sunt idonei testes, & quod non sint idonei testes, slz. quò ad plenam probationem, sed quò ad torturam, ad punctũ videãtur Gabriel. suis cõm. opin. concl. 7. n. 6. de testib. l. j. Rol. cõs. 24 n. 15. l. 1. Cucch. de priuil. Cler. n. 63. & 64

Hoc tempore cum de iure canonico omnia delicta sint pu-
3 blica obseruatur, quod cuilibet de populo competat accusatio; & quod in Curijs ecclesiasticis omnes admittantur ad denunciandum quælibet Clericorũ delicta, siue sint Clerici, siue laici, etiã inimici, & quod in testes recipiantur, idq; ne Clericorum delicta impunita remaneant, uerum in limine expeditionis per Iudices habetur consideratio testium, qui cum non sint sufficientes, vt ex eorum dictis Clerici condemnentur, faciunt tamen inditium ad torturam, ac ad pœnas extraordinarias, vt docet Rol. dicto num. 5. addo Genuens. de modo procedendi in delictis de iure canonico cap. 29. & ibi latè.

Plus dico, quod si Clerici puniri non possunt de facto de quo
4 delati reperiuntur; tunc Iudices ecclesiastici illos non citant ad informandam Curiam seu, vt dicitur ad subijciendum se examini super his, super quibus interrogati fuerint, sed solum citari poterunt ad veritatis testimoniũ perhibendum, tamquam testes, & si ex eorum dictis fiscus ac-

Q 2 quirat

quirat indicia, nempe ex mendatijs, vel alijs, Clerici car-
5 cerati remanere debent, alias non sunt molestandi; Carcer enim apud graues personas infamat, & irreparabile damnum adfert, omittuntur diuina officia, & scandalizantur laici, qui Clericis quandoq; infesti esse solent; Quare ex his, & alijs quæ sciens prætermitto, per Iudices ecclesiasticos in Clericos carcerando, cautè agitur, benignè, ac fauorabiliter eorum causæ pertractantur & quid obseruetur in Curia Archiepiscopali Neapolitana, antequam procedatur ad Clericorum carcerationem, docet Genuens. de Carceratione Clericorum cap. 29. scribitq; Piasec. de pœnis num. 89. & 90.

Cum Clerici carcerantur, ex quo carcer non ad pœnam, sed ad custodiam datur, carcer non debet esse squallidus, &
6 immundus, nec corporis afflictiuus, Piasec. eod nu. 89. verum id omne pendet ex Iudicis arbitrio, qui habita ratione personæ, qualitatis delicti carcerem assignare debet, vt docet Menoch. de arb. cas. 303. in princ. lib. 2. Cent. 3.

Clerico carcerato, num in carceribus ius dicere debeat do-
7 nec causa sit expedita, vel fideiussori sit relaxandus, olim Clerici è carceribus relaxabantur præstita cautione de stando iuri: Hodie vero non relaxantur cum ipsa cautione, sed solent habilitari cum cautione de tenendo Palatium, Domum, vel Ciuitatem loco Carceris: Habilitari tamen non debet conuictus, vel confessus, nec indiciatus ad torturam; nec qui aliàs aufugit, nec quando quis est repertus in flagranti crimine, aut delictum est notorium, & manifestũ, in qua habilitatione multũ tñ iudicis arbitrio tribuitur, vt latè penes Clar. §. fin. q. 46. vers. plerumq; vero cum alijs, Menoch. dicto cas. 303. & Genuens. citato

tato loco num. 6. ex quorum dictis quilibet capiet, ac intelliget, quando carceratus sit fideiussori relaxandus, quando non: quorum loca attigisse sufficiat.

Clerici carceri mancipari non debent, nisi indicia sint sufficientia ad condemnandum, vel saltem ad torquendum, & quod agatur de delictis corpori afflictiuis; passim obseruatur quod habita aliquali informatione, potest Iudex deuenire ad capturam rei, & ad quam regulariter, siue de Iudi-
8 ce laico agatur, siue de Ecclesiastico, ad eam deueniunt, non vt reus constituatur, sed ne aufugiat, & antequam ad carcerationem deueniant, Iudices ipsi considerant, num carcerādus sit nobilis, vel diues, siue pauper, & popularis, in qua captura multū Iudicis arbitrio tribuitur; ideo certa regula non datur ex his quæ notat Clar. §. fin. q. 28. per tot. vbi docet quid sit per Iudices obseruandum in captura reorum: & multa in hoc cumulat Ambrosin. Senogall. de modo for. processus, cap. 1. lib. 2.

Vtrum Clericus pro vna causa carceratus, pro alia in carce-
9 ribus recommendari possit, & Genuens. citat. cap. 29. n. 7 sic scriptum reliquit, quod carceratus pro delicto nō possit recommendari in carceribus ꝓ debito, & ꝙ iniustè captus pro debito, vel delicto nō possit arrestari pro alio debito, vel delicto; sed ꝙ id in Curia non obseruetur, verum quod dici soleat: male captus, iustè detinetur, & ꝙ liberati ꝓ prima causa arrestantur ꝓ alia: qñ vero captura fuisset iniusta ex parte Iudicis, nempe in Ecclesia, tunc auctor aliud dicēdū existimat, q. ēt docet, ꝙ de iure captus ꝓ debito nō possit ꝓ alio debito arrestari, nisi arrestās habeat super declaratione sui crediti sententiā Iudicis, & mandatū relaxatū, vbi etiam scribit quid obseruetur in illa Curia, debitore pro debito arrestato; Ad pūctū quęstionis, q̄ est

ardua, videatur Bart.in tract.de quæſtionibus, in quæſt. 6.incipiente Lapus fuit captus per tot. vbi locus Magiſtralis,& in l.ſed eximendi §.Item ſi quis nu.3.ff.ne quis eum qui &c. Marant. ſuo Specul.aureo, par. quarta,nona diſtinct. num. 128. & ſeq.

Succeſſiuè dico etiam per familiam Iudicis ſæcularis Clericos carcerari poſſe,quãdo de mandato Epiſcopi id agũt,
10 alias non, niſi in certis caſibus annotatis per Genuenſ. citato loco num.8. & Senogall. citato cap.primo,n.12. cum alijs lib.2. dixi num.10. ad cap. 13.

Et quia plerumq; per carceratos, contractus,obligationes, promiſſiones,& ſimilia fieri ſolent,examinandum,an acta ipſa valeant, necne, qua in re, & ſi ſecundũ doctores dicendum veniat,quod contractus,& ſimilia à carceratis fa
11 cta robur non obtineant,† cum carcer iuſtus ſit metus,& ſpecies ſeruitutis,per tex.in l.qui Carcerem,ff.quod metus cauſa: verum diſtinguendum, quod allegatus tex.loquitur de promiſſione facta in fauorem eius,qui in carcerem intruſit,& participantis: At ſecus ſi promiſſio,ac obligatio facta ſit in fauorem tertij non participantis cũ incarcerante,&qui tex. etiam de Carcere priuato loquitur, addo videndum Boſſ.de Carcere nu.24. & ſeq Menoch. de arb.caſ.136. nu.3.4.& 5. lib.2. Cent. 2. Afflict. & Vrſill. deciſ.149.Rol. conſ.2. num.47.cum alijs lib.1. & conſ. 57. nu.38. & ſeq. lib.3. ex quibus &c.

Quid ſentiendum de promiſſione facta per carceratũ in publico carcere detentum; Iterum diſtinguendum,quod ſi
12 promiſſio facta fuit in fauorem carcerantis,& carceratio fuerit iniuſta,quod non valeat, Afflict.d.deciſ.149.num. 1. Alex.conſil.241. lib.6. addo ad q.Nattam pleniſſimo conſ.451. & Pariſ.de reſig.q.1.per totam lib.13.vbi la-

tissime de resignat. in carcere facta: quicquid sit de iure, de consuetudine carcerati solent procuratores constituere, & satisdare, & alios contractus facere, & de qua consuetudine testatur Clar. d. q. 46. cit. vers. plerumq; vero. Et cũ plerumq; carcerati fideiussori relaxari soleant, aliqua
13 hoc loco subijciam; primo † vtrum fideiussio facta corã vno Iudice porrigatur ad alium in officio successorem, & inquit Mar. Ant. resol. 29. nu. 1. lib. 3. quod mutato Iudice, & officio, expiret fideiussio, ad q. videatur Rom. cons. 468. & Rol. cons. 58. n. 13. cum alijs lib. 1. quibus in locis declaratur, qñ fideiussio transeat in successorẽ, quãdo nõ. Secundo fideiussor promissit de reum in carceribus præsentando toties quoties &c. fuit inde principalis captus per familiam Curiæ, positus in vinculis, à quibus aufugit, quęritur vtrũ fideiussor sit liberatus, & Afflict. decis. 130. per tot. concludit, quod si ex causa propter quam ipse accusatus dedit fideiussores, fuit captus, fideiussores sint libe-
14 rati, secus si ex alia caussa fuerit captus, & aufugerit quòd tunc fideiussor non sit liberatus, nisi fideiussor principali carcerato protestatus fuerit penes Iudicem, quod habeat illum præsentatum per eum in carceribus, & quod amplius nollit esse obligatus, ad punctum etiam addo Rol. cit. cons. 58. eod. lib. 1. Boss. de Carcerat. fideiuss. committendo nu. 35. cum alijs, Fachin. contr. Iur. cap. 78. lib. 9. Laderch. Imol. cons. 198. vers. 5. vbi etiam habetur illa notabilis quæstio, an fideiussor de reo præsentando, toties, quoties, liberetur bina præsentatione facta.
Tertio vtrum fideiussor, qui in termino præfixo principalem suum non præsentauit, an elapso termino, eum præsentan
15 do moram purgare possit, Boss. cit. tit. de Carcer. fideiuss. committendo nu. 66. dicit quod fideiussor moram purga-

re possit per tex. l. sancimus, C. de fideiuss. & l. etsi post tres, ff. si quis caut. & ibi doctores, sed clarius hoc declarat Thesaur. Pedem. decis. 77. ibi si in continenti id fiat, vbi ét declarat quando incontinenti factũ dicatur adhoc, vt mora purgari possit.

Quarto fideiussor promittit de presentando intra certũ terminum, & sub certa pœna: quæritur an cadat in pœnam,
16 si reus ex alia causa sit accusatus, & licet ꝓ negatiua respondeii possit; veritas tamen est, quod accusatio noui delicti non excuset fideiussorem quominus illum Iudici exhibeat, Fachin. capt. 75. eod. lib. 9.

Quinto quid si carceratus fideiussori relaxatus, statum mu-
17 tauerit, quia de laico effectus sit Clericus, num fideiussor sit liberatus, & ꝓ fideiussore respōdet Boss. eod. tit. nu. 42.

Sexto fideiussor pro reo fideiussit, qui ex alia causa deliquit, pro qua fuit condemnatus, vel bannitus; vtrum fideiussor pro prima causa sit liberatus, & pro fideiussore respondet Clar. dicta q. 46. vers. quæropone, & Fachin. d. cap. 75.
18 Verum boni Iudices non veniunt ad condemnationẽ pro secundo delicto, sed citant fideiussorem ad præsentandũ principalem ex prima causa, & vbi non consignet, eũ condemnant in pœnam contentam in fideiussione, inde procedunt contra principalem ex primo, & secundo delicto, ita scribit Clar. eod. loco.

Septimo fideiussor infra certum terminum, reum Iudici con-
19 signare promittit: quæritur, ad hoc vt in pœnam cadat, eo quia in termino illum non consignauerit, an monitio exigatur ad illum cōstituendũ in mora, & ꝙ nulla monitio exigatur, probat tex. in l. magnam, C. de commiten. & contrahen. stipul. ratio est, quia dies ipsa interpellat pro homine, & per quẽ tex. sic etiam respondet Fachin. capt. 77.

cod.

cod.lib.9. solent boni Criminalistæ in similibus promissio nibus, quas à carceratis recipiunt multoties addere hæc verba O. promittit sub pœna scut. . . . , eò ipso incurrenda de se consignando in fortijs Curiæ termino puta mensis, absq; alia monitione, & interim toties quoties ad omnem requisitionem officij, etiam noua quacunque cau sa superueniente, cui promissioni accedit fideiussor; qui se principaliter, ac insolidum cum principale obligat ver sus Notarium Curiæ, & hoc cum debitis promissionibus, bonorum obligationibus, constitutis, renuncijs, Iuramentis, ac alijs insuper necessarijs &c. & in quam pœnam fideiussor condemnari solet, vbi reum in termino sibi pre stituto Iudici non consignet, & sic passim obseruatur: super qua facti specie addo id quod scribit Mar. Ant. dicta resol. 29. vers. sextus fuit casus, vbi ponit quod si ex defensionibus factis pro reo, de illius innocentia appareat, quod ob non consignationem fideiussor non cadat in pœnam, quibus non attentis auctor tamen existimat fideiussorem propter illa verba, etiam noua quacumq; causa superueniente non excusari à pœna, si reum in fortijs nō consignauerit, eò quia statum mutauerit, quia is de laico factus sit Clericus, cum verba aliquid opperari debeant, & vt ibi.

Non extra rem, Clericus post delictum, vel relegationem effectus est laicus, vel è contra laicus post delictum, vel relegationem effectus est Clericus: quæritur an ab eccle-
20 siastico, vel sæculari Iudice sit puniendus, & lectorem remitto ad scripta per Genuens. de Clerico post delictum, vel relegationem effecto laico &c. cap. 9. per totum vbi discurrit.

SVMMARIVM.

De Carcerato aufugiente. Cap. 34.

QVæritur penes Criminalistas, in quam pœnam puniatur fugiens è publicis carceribus, & Clar. §. fin. q. 21. vers. tertio autẽ modo, sic scribit, quod aufugiens videatur fateri delictum de quo imputabatur, & quod fuga faciat plenam probationem contra eum, quod sic dictum
1 procedere declarat in eo, qui aufugerit fracto carcere, & ruptis ferris, & cippis con conspiratione, & quando talis carceratus fuit legitime detentus, sed cum fuerit indebitè, & iuris ordine non seruato carceratus, quod tunc pro pter talem fugam, etiam cum fractione carceris non puniatur, neq; habeatur pro confesso, de effractore Carceris aufugiente, & in quam pœnam mulctandus veniat, carceratus fugiens, & quando impunè aufugere liceat, diligẽter exponitur per Menoch. de arb. cas. 301. lib. 2. Cent. 4. Quod effractor carceris præsumptione iuris, & de iure censeatur fateri delictum vltra Clar. addo Rot. Rom. in nouiss. decis. 1149. par. 3. lib. 3.

Sed

Sed cum ex Claro habeatur, quod ad hoc vt quis puniatur
2 de fractione carceris, requiri carceris fracturam cum con spiratione, videndum an vtrumq; simul interuenire debeat, & passus hic declaratur per Fachin. contr. Iur. cap. 72. lib. 9. vbi docet quod sufficit, quod interuenerit fractio carceris, licet non interuenerit conspiratio.

Quid si carceratus nulla facta violentia è carcere recesserit, quia inuenit ostium apertum, num aliqua sit pœna punien
3 dus, vel excusationem mereatur, Clar. ead. q. 21. dicto vers. tertio autem modo, in verbo scias etiam, dicit, quod carcerati sic aufugientes non debeant capite puniri, non discrepat Thesaur. decis. 77. de qua infra in final. verbis, eo casu commentariensis Iudicis arbitrio pro fuga ipsa punitur, & quandoq; etiam excusatur, vt in casibus traditis per Menoch. de arb. cas. 302. ead. Cent. 4.

Quid si è carceribus aufugiens citò reuertatur, an pro fuga sit aliqua pœna plectendus, & Clar. eod. vers. tertio autem modo, in finalibus verbis dicit, quod non sit tamquā
4 fugitiuus, vel effractor carceris puniendus, cum eo conuenit Thesaur. cit. Ped. decis. 77. nu. 4. & Menoch. dicto cas. 301. nu. 12. verum num. 13. sic ait, esse hunc reuertentem pœna aliqua, iudicis arbitrio puniendum, & hoc vt eius audacia comprimatur, intelligendo sanè, si erat iustè & debitè carceratus, aliàs si indebitè, & iniustè carceratus impune potest aufugere, ergo reuertendo nullam pœnam meretur, vt penes eundem num. 14.

Adstipulatur casus de quo infra carceratus recessit è loco
5 sibi in carcerem assignato, in quo recessu nullà interuenerit loci fractura, moxq; reuersus sit, num in pœnam, quam promisserit de non recedendo à loco sibi in carcerem assignato inciderit, necne, & per multas auctoritates con-

cludit Laderch. Imol. cons. 197. quod carceratus, qui abijt, statim reuersus, non incidat in pœnam, docens etiã quod mora purgari possit intra modicum tempus, quoties pœna ex maleficio committitur, & vt latius in ipso elegantissimo consilio, quod fuit allegatum Illustrissimo D. Prætori Papiæ (ni fallor) anno 1612. pro Alexandro Valento, qui recesserat forte amoris causa, moxq; ad locum sibi in carcerem assignatum redijt, de quo casu facto verbo in Excellentissimo Mediolani Senatu, is ordo in hanc venit sententiam, vt molestari non possit, & de cuius Senatus decreto in actis officij dictæ Curiæ apparere audio penes D. Paludum Actuarium; ad quæst. De Clerico carcerato, qui decessit à palatio, vel alio loco sibi in carcerem assignato, infra breue tempus reuerso, an teneatur ad pœnam fideiussionis, discurrit Genuens. de Carceratione Clericorum, cap. 29. & post discursum dicit, quod cum casus pluries euenisset in illa Curia, numquam vidisse exactam pœnam; sed quod carceratus fuerit positus sub claue, & non amplius habilitatus, vt ibi num. 9.

6 Formatur alius casus: Iudex carcerato in carcerem, aliquem locũ specialem assignat, à quo carceratus promittit non discedere sub certa pœna pro quo alius fideiubet, euenit quod carceratus à loco destinato remouetur auctoritate Iudicis: quærirur, num fideiussor sit ab onere ipso liberatus, & concluditur, quod sic vt videri potest penes Mar. Anton. resolut. 30. lib. 3. ex qua resolutione lector, ét alia notabilia colliget, & conferunt scripta per La derch. consil. 198. de quo infra.

Alius casus, fideiussor, Iudici promissit, puta ne Titius è domo in carcerem assignata discederet, Titius fuit à Iudice, coram quo fuerat facta promissio, & fideiussio præstita de non recedendo, citatus vt coram eo sisteret, comparuit,

postea non fuit ad domum reuersus, quæritur num principalis, ac fideiussor cadant in pœnam, & Laderch. citato conf. 198. concludit quod nulli pœnæ sint obnoxij, sed id omne iudici sit imputandum.

Idem firmat locum habere, si Iudex, qui carcerato locum particularem pro carcere assignauerat, si inde Iudex, car-
8 ceratum per alia loca deambulare permisserit, si inde aufugerit, quod fideiussor ad pœnam non teneatur, quia non dicitur aufugisse ex loco destinato, sed ex alio loco, & accusandus sit prætor nimie indulgẽtiæ, quã questionẽ auctor multis auctoritatibus, ac rationibus firmat vt dicto conf. 198. n. 3. & ex quorũ dictis quilibet capiet multis modis fideiussionem extingui, ideo Mar. Ant. ac Laderch. loca, eueniente casu sunt præuidenda, nam scribentes falcem ad radicem ponunt.

Carceratus fideiussori relaxatus, ad carceres reuerti recusat: quæritur qua pœna plectatur fideiussor, distinguẽdũ, aut fideiussor se obligauit tamq̃ cõmentariensis, seu custos car-
9 ceris, & si reus criminis sit condemnatus pęna corporali, fideiussor eadẽ pœna punietur; si vero se obligauerit sub certa, & limitata pęna, non poterit in plus cõdemnari, quã in pœnã promissam, vt docet Menoch. de arb. cas. 304. lib. 2. cent. 4. fideiussio strictè intelligẽda, vulgata l. quidquid ff. de verb. oblig. & caueant fideiussores ne loco custodiæ carceratos habeant, ne pœnas corporales pro eis subire habeant, & licet multis de causis carcerati fideiussori non relaxentur, potest tamen Iudex etiam in casibus in quibus fideiussiori carcerati relaxandi non sunt, eos relaxare, quando fideiussor se tamquam custos carceris pro carcerato obligat, vt declarat Menoch. eod. tit. cas. 303 num. 37. & dicto cas. 304. num. 3.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Carceratus tentans frangere carceres, qua pena sit puniendus fuga non secuta.*

De Carcerato tentante frangere carceres. Cap. 35.

SI carceratus non aufugerit, sed tantomodo tentauerit, fractis carceribus fugere, inquit Clar. citata q. 21. vers. tertio autem modo, verbo item scias, quod Senatus non
1 soleat ex ea causa aliquid graue contra carceratos decernere, propter attentatam fugam, vel fracturam, sed soleat eos quandoq; publicè torqueri facere, & quam Torturam infligi carceratis in hac Ciuitate propter attentatam fugam, vel fracturam, sæpius vidi, illi vero testimonium perhibuerunt: Cęterum quibus pœnis sint afficiendi carcerũ effractores, latè tractat Farinac. quæst. 30. de carcere.

Euenit, quod superioribus diebus quidam Clerici in fortijs Episcopalibus detenti, facta inter eos conspiratione de custodem necando, ab eis fugam fecerunt, qui illico citati fuere sub pœnis & Censuris Ecclesiasticis vt personaliter sistant: quorum ex eis aliqui se consignarunt, alij vero in contumacia perseuerantes, adhuc comminatas censuras ecclesiasticas sustinent; caueãt ij Clerici ne vltra annum sustineãt excommunicationem sub cuius pœna etiam citati fuere, aliàs Curia cõtra eos procedet ẽt ad priuationẽ beneficiorum, vt dicebam num. 3. ad cap. 15.

SVMMARIVM.

1 *Clerici pro delictis torquẽtur.*
2 *Tortura in Clericis mitior.*
3 *Torqueri non debet Clericus, nisi præcedãt grauia indicia*
4 *Torqueri, an possit Clerici per laicos, & quid obseruetur.*

5 *Tor-*

sunt torqueri, eod. n. 23. 25.

26 *Sed funi ligari non possunt, cum ligatura sit de gradibus torturæ.*

De Tortura Clericorum. Cap. 36.

Quæritur, num Clericus pro delictis torqueri possit, & Cucch. de priuil. Cler. lib. 3. tit. 9. nu. 36. scribit Cle-
1 ricos in sacris constitutos, torqueri non posse; Contrariũ tamen obseruatur, quod nec auctor eod. loco, & nu. seq.
2 negat: † Bene verum est, quod in Clericis tortura mitior esse debet, quam in laicis, vnde Clerici supponi non debét aculeis, vel fidiculis, seu virgis, aut corrigiatis, vt laici multoties subijciuntur, & ratio in promptu est, quia Clerici sunt laicis digniores, citatur Clar. §. fin. quæstion. 64. vers. sed an Clerici, Thesaur. de prohibit. & pœnis, cap. 35. num. 93. cum alijs.

Firma extat propositio, quod Clerici pro delictis torqueri possunt: verum tamen est, quod in primis de delicto constare debet, & ꝙ cõtra ipsos Clericos extét magna, & violenta inditia, ad minus per duos testes probata, & quod
3 Clericus fuerit infamatus de eo crimine, ad punctũ, quæst. q̃ inditia interuenire debeant adhoc vt sit locus torturæ, citatur Piasec. de pœnis n. 92. Clar. ead. q. 64. vers. debet autem cum vers. sed quæro, Thesaur. Ped. decis. 24. num. 6. Menoch. de arb. cas. 270. lib. 2. cent. 3. & Osasch. decis. 79. num. 12. cum multis alijs, vbi multa notatu digna explicantur.

Quæritur, num Clericus per Iudicem laicum, vel ministros
4 laicos torqueri possit de mandato sui Episcopi, & licet de iure negatiuè sit respondendum, de consuetudine tamen aliter obseruatur, citatur Clar. dicta quęst. 64. vers. sed hic quæro, & Piasec. eod. nu. 92. verbo tortura.

Ante-

Antequam Iudex reum tormentis subijciat, vltra quod de delicto constare in primis debet, & quod inditia sint legitima, debet etiam Iudex considerare, an delictum tale sit pro quo quis de iure sit tormentis subijciendus, scilicet quod pro eo ingeratur pœna corporalis, nam vbi agere-
5 tur de pœna pecuniaria, vel alia corporis non afflictiua, vtique ad torturam deuenire non posset, & aliter agendo Iudex teneretur in syndicatu, citatur Clar. d.q.64.vers. præterea, Senogall. supra citatus, cap.2.lib.2.cap.1.n. 6. lib. 3. & cap. 1. nu. 8. cum alijs lib. 4. & ibi quomodo procedendum sit ad torturam, cum alijs notabilibus.

A qua tortura etiam cauere debent, si delictum aliter, quam per torturam probetur, cum ad eam regulariter non deue niatur nisi in subsidium, quando scilicet aliæ probationes
6 haberi non possunt, & Iudices aliter obseruantes tenentur in syndicatu Clar. ead. q 64. vers. debet etiam, & Caball. lib. Resol. crim. cas. 288. nu. 26. & Senogall. citatis in locis.

Venio ad tormentorum genera, quæ sunt plura, vt recenset Senogall. cap. 1. nu. 2. cum alijs eod. lib. 4. Iudices ta-
7 men cauere debent ne torqueri faciant modis inusitatis, & non consuetis, nam Iudices, qui talia faciunt, potius sunt carnifices, quam iudices iudicandi; & in hoc statu est vsus fune torquendi, & quando rei propter debilitatē, vel aliam causam fune torqueri non possunt, solent torqueri igne apposito ad plantas pedum Clar. eod. loco, vers. Item debet Iudex, varia tormentorum genera quibus Iudices antiquitus reos afficere solebant recensetDo minicus Ansossius in tract. de reliquijs §. 16. num. 4.

Cum Iudex torturam reo infert, seruare tenetur consuetudinem loci, in quo ius dicit, & etiam cauere debet ne exce

dat modum consuetum, qui adhiberi debet habita quali-
8 tate personæ, & delicti, alias tenebitur in syndicatu: quia si dolo in torquẽdo fines excesserit, & reus moriatur, tenebitur de homicidio, si vero excessit culpa, punitur pro modo culpæ, vbi autem Iudex debitum modum torturæ non excedat, licet mors euenerit, non habebitur in consideratione, & est optimum cõsilium pro iudicibus, quod Notarius causæ ponat in processu qualitatem, & quantitatem torturæ, adhoc vt apparere possit, an interuenerit excessus ex parte iudicis, necne, Clar. eod. loco, vers. Iudex autem debet, & Senogall. cap. 3. lib. 4. Menoch. de Arb. cas. 340. lib. 2. cent. 4. vbi præscribitur tempus, quo reus in tormentis detineri potest: & de pœna qua puniendus sit Iudex, qui indebitè reum quæstionibus subiecit.

Addo quod Iudex aliquem indebite torquens, vbi sequatur debilitatio, vltra alias pœnas, tenebitur etiam ad damna,
9 interesse, & expensas torti, quod idem est quod Iudex in syndicatu teneatur: Boss. de tortura num. 33.

Vlterius si indebitè tortus occidat Iudicem, mortis pœnã euitat, sed extraordinariè tantum punitur: Carpan. ad Reg. & Duc. Constitutiones huius Status de pœnis nu. 889. &
10 Rol. conf. 12. nu. 34. lib. 3. vbi monet Iudices ne velo leuato torqueant, & ne sint immemores, quod Deus non obliuiscitur iniquitatum iniquorum Iudicum, licet lento gradu procedat Diuina ira.

Et quia vsu compertum est, tantam aliquando esse delinquẽtium in tormentis constantiam, vt sæpe, & acriter affecti cruciatibus nihil fateri velint: videndum an tortura semel
11 illata, repeti possit, & dicit Clar. eod. loco, vers. finali, ꝙ tortura semel illata repeti non possit, quod declaratur, vt procedat, quando vt conuenit, vel acriter reus tortus fuit

non

non si leuiter, & ideo cauti Iudices, quando reos deponi iubent à prima tortura, à notario causæ scribi faciunt, ꝙ illum deponunt animo torturam repetendi, vbi vero sit sufficienter tortus, non repetitur tortura nisi nouis super uenientibus inditijs, modo secunda inditia sint primis for tiora, vnde reprobatur fatuitas illius iudicis, qui reum tor queri iusserat super indicio famæ, & cum inde superuene-rint alij testes probantes famam, quod illum de nouo tor-queri fecerit, qui repræhenditur quòd malè fecerit, quia non superuenerat nouum indicium, sed solum noua pro-batio illius primi indicij, quod iã fuerat per torturã pur-gatã, post Clar. addo Menoch. de arb. cas. 272. lib. 2. cẽt. 3

Pluribus de eod. crimine inquisitis, qui sunt tormentis sub-ijciendi, quæritur à quo sit incipiendum, & regulariter in cohandum ab illis, qui sunt magis suspecti, si verò omnes
12 sint in eadem naui, tunc à timidiori, quid si sint masculus ac fœmina, à fœmina incipiendũ, si vero omnes sint mascu li à minori, debiliori, ac timidiori, Clar. dicta q. 64. vers. quæro si plures, & Senogall. cap. 6. lib. 4.

Cum de tortura agatur, dico illam in diebus feriatis in hono-remDei Iudices inferre nõ solere, nisi de criminibus atro-
13 cioribus agatur, Clar. dicta q. 64. vers. quæro, an tortu-ra, idem quò ad executionẽ pœnæ corporalis, & hoc pro-pter Dei riuerentiã, rursus Clar. q. 97. vers. quæro etiam.

Decreta tortura, per decem horas antequàm reus torquea-
14 tur, cibum illi Iudices dare non solent, Clar. dicta q. 64. vers. decreta tortura.

Et quia in criminalibus, vt est tortura, multa sunt iudicis ar-bitrio commissa, dico quod iudices, in his, quæ sunt suo arbitrio commissa, debent seruare æquitatem, inclinan-
15 do in mitiorem partem, vt minus faciant, quàm plus, quia

illa sunt digniora immitatione, quæ sunt excellentiora pietate, Boss. citato tit. de tortura nu. 36. & Osasch. dicta de-
16 cis. 79. nu. 58. & 59. † debentq; habere illos duos sales de quibus penes scribentes, maxime Ias. in l. rem non nouam C. de Iudic. scilicet sapientiæ, & recte conscientiæ, & meminisse Iudex debet se esse Christianum, & propterea debere esse moderatum, & misericordem in tormẽtis inferendis scribit, & Senogall. cap. 1. num. 6. lib. 4.

His breuiter enunciatis, venio ad confessionem factam per tortum in tormentis, & quæro num confessioni in tor-
17 mentis factæ sit standum, & ex Menoch. de arb. cas. 269. lib. 2. cent. 3. dico quòd multum in hoc versatur iudicis arbitrium, qui prudens esse debet ne passim confessionibus in tormentis factis credat, verum est ab eo considerandum, an illa confessio sit probabilis, possibilis, & verisimilis; probabilis est, cum constat delictum esse patratũ, quia constat de cadauere interfecto, quia si quis confitetur se hominem occidisse, & in mare proiecisse, ei non creditur simpliciter, sic in eo qui confessus est se commisisse furtũ: constare enim prius debet furtum esse patratum; possibilis quoq; esse debet confessio hæc, alioquin non nocet, vt puta si quis confitetur occidisse eum, qui adhuc viuit, verisimilis etiam esse debet, Boss. de delicto, Rol. cons. 17. nu. 25. & 26. lib. 3. & Fachin. controuers. iur. cap. 28. lib. 1. vbi ẽt docent ꝙ in primis de delicto, & illius qualitate constare debeat, quod ante eos dixit Clar. §. fin quæst. 4.
18 † Habita igitur per Iudicem à reo delicti confessione in tormentis, cum tali confessioni non sit standum, nisi reus extra tormenta ipsam confessionem ratificet, illum duci Iudex iubebit ad bãcũ iuris, & ab eo recipiet ratificationẽ confessionis prædictæ, quæ ratificatio non est statim faciẽ-

da,

da, quia adhuc durare præsumitur metus tormentorũ, sed est expectandum spatium vnius diei, Clar. d.q. 64. vers. Cęterum cum duobus versiculis seq. de ratificatione confessionis factæ in tormentis, & quomodo illa recipienda sit extra tormenta, egregiè scripsit Senogall. supra citatus, cap. 5. lib. 4.

Vbi vero reus ductus ad bancum iuris pro ipsa ratificatione habenda, in ea non perseueret, verum illam reuocet, tunc
19 debet iterum in tormentis repeti; quod sanè intelligẽdũ, scilicet vt possit denuo torqueri, tamquam si vnum aliud nouum indicium superuenisset, non autem vt tandiu torquendus sit, donec in ipsa confessione perseueret, quinimo si iterum reus positus in tormentis confiteatur, & deinde in ratificatione iterum neget, cum non sit in tortura procedendum in infinitum, solum procedendum erit vsq; ad tertiam torturam, & si ductus ad ratificandum semper negaret, absoluendus erit rebus stantibus, Clar. §. fin. q. 21. vers. Vlterius quæro, & Senogall. citato cap. 5.

Viso quid operetur confessio in tormentis emissa, videndum
20 de confessione extraiudiciali facta, an faciat inditium ad
21 torturã, mox de cõfessione facta corã incõpetẽti Iudice.

Quò ad primum quæsitum Boss. de Confessis nu. 45. tenet quod confessio extraiudicialis sit sufficiens ad torturam, quod sic dictum etiam confirmat Clar. dicta q. 21. vers. confessio extraiudicialis vbi etiam damnat eorum opinionem, qui dixerunt ꝙ talis confessio possit reuocari adhoc vt euitetur tortura, licet nõ doceatur de errore, dicitq; auctor quod si talis reuocatio admitteretur, nũquam esset locus conclusioni, propter hoc enim deuenitur ad torturam, in qua tortura potest tortus reuocare extraiudicialẽ ipsam Confessionem, & vt ibi.

Quò

Quò ad secundum quæsitum dicit Clar.ead.q. 21.vers. sed hic quæro cum vers. seq.quod confessio ipsa, vbi sit spõte facta, faciat inditium ad torturam,& adfert exemplum de Confessione Clerici coram Iudice laico facta, quam cõfessionem vult quod contra illum faciat inditium ad torturam corã suo Iudice, sed subdit quod si talis confessio extorta fuisset à reo per Iudicẽ incompetentẽ, vi, vel metu tormentorum, quod eo casu nullum faceret indicium.

Quæro de casu nunc currente in hac Ciuitate, scilicet de Clerico Bonetta Ciue, ac Patritio, qui fuit noctis tempore per
22 familiam Iudicis sæcularis cum armis prohibitis captus, & in fortijs ipsius Iudicis cõsignatus, supposito quod fassus sit delictum pro quo fuit captus, scilicet se cum armis prohibitis inuentum, ac detentum, num talis confessio facta coram sæculari Iudice, valeat, ac teneat eo ad suum Iudicem remisso cum processu,& Ias.l.Magistratibus, nu. 3. cum alijs, ff.de iuris.omn.iud. sentit quod talis confessio non valeat, ea ratione motus, quod Clericus Iudicis sæcularis Iurisdictionẽ prorogare non possit, nec tacitè, nec expresse, cuius dictum procedit quod talis confessio non valeat quò ad condemnationem coram suo Iudice, at secus quò ad illum reum constituendum, & quò ad torturã, Boss. eod. tit. de Confessis n. 54. Clar. dicta q. 21. citato vers. hanc tamen conclusionem circa fin.& habetur, vbi nolit perseuerare in confessione per eum facta coram sæculari Iudice, quod à suo ecclesiastico Iudice super ipsa confessione torqueri poterit,& successiuè ipso Clerico remisso, ex actis factis coram ipso Iudice laico reus constitui poterit, quæ interrogatio necessariò torturam ipsam præcedere debet, quia si confiteretur delictum, absq; remedio subsidiario, quod est tortura, condemnari posset

in pœnam contentam in edicto Illustriss. Præsulis contra Clericos gestantes arma ꝓhibita, & ita declarat Genuēs. de remissione Clerici cap. 6. per totum, vbi attestando de obseruantia in illa Curia subdit quod in toto Orbe, & Vrbe, etiam coram Papa, Clericus prius coram suo Iudice reus constituitur, & postea repetuntur testes, quamuis testes non repetiti dicantur esse nullius momenti, subdens quod vbi prædicta non militarent, Clericorum delicta impunita plerumq; remanerent, quia quandoq; antequam Clerici ad suum remittantur Iudicem rettiennt in fortijs sæcularis per annos, ac menses, vnde rarò possent haberi testes qui delicto interfuerũt, & si haberentur, vt plurimum essent seducti ab Inquisitis, & vt latius Lector mi beneuole habes hunc punctum declaratum, & examinatum per Genuens. dicto cap. 6.

Supra dicebã clericũ remittendũ cũ copia processus informatiui, quid si de clerici d̄licto agatur cũ socijs laicis, tũc trãsmitti debēt oĩa acta facta, tũ cōtra Clericũ, tũ laicos, aliàs informatio esset imꝑfecta, si sola copia testiũ deponentiũ contra clericũ transmitteretur, cũ ex depositionibus aliorũ testiũ cõstare posset de innocentia Clerici, obseruãtia est q̄d in copia, quæ iudici Ecclesiastico traditur, supprimãtur nomina laicorum, Genuens. eod. loco num. 5.

Supra dicebã q̄d existeñ. legitimis inditijs in casibus à iure exꝑssis, reus cũ fuerit in fortijs, & crimē negauerit, est tormētis subijciēdus, & q̄a oēs regulariter torqueri possũt, siue qs
23 sit homo liber, siue seruus? Videndũ q̃ ꝑsonæ tormentis subijci nō possint, & inq̄t Cla. d. q. 64. vers. vbi subsint cũ alijs seq. q̄d Doctores nō torquētur, ꝑsonæ positę in dignitate, vt sunt Comites, & ēt Feudatarij, Milites, i. Equites, Capitanei seu conductores militũ, secus aũt in militibus priuatis,

nobi-

nobiles de iure nõ torquẽtur, at secus de consuetudine, vt in hoc Ducatu; Decuriones de iure torqueri nõ possunt, sed cõtrariũ de Iure seruatur : minores annis quatuor & decẽ non torquẽtur, sed tãtũ terrentur, & habena, aut ferula, seu virgis cedũtur . Senex decrepitus non torquetur, sed terretur, sed senex non decrepitus bene torquetur, Mulier prægnans non torquetur etiam post partũ editũ, nisi elapsis 40 diebus purgationis, hæc sunt q̃ penes Clarũ supra citatũ colligunt.

Quod mulier pręgnans morti tradi nõ possit, nec torqueri, docet vltra Clar Carpa. supra cit. tit. de pęnis ad Reg. ac Ducales Cõstit. Ducatus nu. 973. & seq. vbi etiã alia refert priuilegia à iure inducta fauore mulierum prægnantium.

Quod senex torqueri non possit qñ est decrepitus. i septuagenarius testatur, Natta cons. 319. nu. 3. & Osasch Pedem. decis. 123. loquens de sene sexagenario, cuius decisio à beneuolo Lectore videatur, nam loca attigisse mihi sufficiat.

Quod minor in delictis mitius puniatur, & q̃d iudex teneatur

24 minorare pænam, est tex. in l. auxiliũ, §. in delictis, ff. de minoribus, ad q. addo videndos Fachin contr. Iuris c. 41. lib. 9. Robert Marãt. suo speculo Iudicij Tella aggreditur, nu. 84. & 85. Menoch. de Arb. cas. 329 lib 2. Cent. 4 & in addit. ad eundem casum, & Thesaur. Ped. decis 161. ex quorũ dictis colliges, quando ob teneram ætatem, & senium, pæna sit minoranda, quando vero non.

Pro complemento harum lucubrationum mearum, dico quod

25 personæ vts. enunciatæ, quæ torqueri non possunt, possunt tamen à iudice verbis, ac vultu terreri, Boss. de Indicijs, nu. 121. & seq. & de tortura num. 19.


26 Ideo funi ligari nõ poterunt, cũ ligatura sit ex gradibus torture, vt ꝓbat Clar. d q. 64. vers nunc de gradibus torturæ.

DISCVRSVS SVPER CAP. QVINTO.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non potest promoueri ad sacros Ordines nisi habeat patrimonium, aut beneficium, siue pensionem.*
2 *Donatio facta intuitu personæ non transit ad heredem.*
3 *Caussa finalis quæ dicatur.*
4 *Priuilegium propter paupertatem concessum extinguitur, cessante paupertate.*
5 *Renuntiatio filiæ facta de hereditate paterna propter fratres, illis mortuis, non officit.*
6 *Donatario præmoriente res reuertitur ad donantem.*
7 *Ius per donationem acquiritur.*
8 *Iura transmittuntur ad heredes.*
9 *Donatio ob caussam perficitur irretractabiliter per euentum, & complementum caussæ.*
10 *Sufficit caussam finalem verificari momento.*
Vsuræ dotis ab vxore marito debitæ, an, & quando remissæ dicantur, eod. num. 10.
11 *Ius quæsitum non tollitur per mutationem status personæ.*
12 *Sufficit aliquid factum esse, licet non duret.*
13 *Donatio coniugi facta habet in se tacitam conditionem si donatarius superuixerit.*
Cessante caussa, an, & quando cesset effectus, num. 14. & 15.

FACTI SPECIES.



ANTONIVS Clericus optabat ad Sacros ordines promoueri, verum quia carebat patrimonio, beneficio, ac etiam pensione sufficienti ad vitam
1 sustentandam, † quæ necessaria sunt iux. Concil. Trid. sess. 21. cap. 2. de reformat. vt sic valeat absq;

mendicitate alimenta sibi ministrare, ne cogatur mendicare in ordinis Clericalis ignominiam iux.tex.in c.Episcopus,& ibi DD. ext. de præbend. sic Graf. de arbitrar. confessa.cap.49.nu.1.& 2.lib. 3. Idcirco seius pietatis gratia,intuituq; huius optimi desiderij, donauit fundum ad victum sufficientem dicto Antonio,vt posset promoueri ad ordines sacros, alio non expresso, & ita donatarius fuit ordinatus,& exinde decessit viuente adhuc donatore.
1 Quæritur nunc an donatio, & sic fundus transmittatur ad hæredes donatarij, an verò reuertatur ad donantem, & sic resoluatur.

Pro tenui mea facultate diligenter omnibus consideratis, quæ in dubitatione proposita occurrunt, prima consideratione videretur dicendum, donationem resolui, & non transmitti ad hæredes: quia hæc donatio,vt ex facto colligitur, fuit facta vt dictus donatarius posset promoueri,
2 & sic intuitu personæ ipsius donatarij facta videtur, † & quando donatio est facta intuitu personæ nō transit ad hæredem donatarij præmorientis, sed extinguitur sic tex.in l. à marito C. de donat. inter vir.& vx. & l. si inter virum, ff.de reb.dub.Dec.consi.470.nu.14.Additur etiam quod causa finalis huius donationis fuit,vt donatarius posset or
3 dinari,& ne mendicare cogeretur: quod probatur, † nam causa finalis dicitur illa, quæ ex toto & funditus animum mouet disponentis ad aliquid faciendum, quod alias non faceret sic Abb.in c.post translationem nu.18.de renuntia. sic Socin. consil.251.col.7.versic. comprobatur ibi enim tradit,quod caussa finalis vnius cuiusq; actus ē principale intentum hominis facientis illum actum Marant.in suo spec. Aureo de ord.Iudic.par.2.tit. Iuditij deffinitio nu.35.Patet autem quod seius non fecisset hanc donatio-
nem

nem vbi cessasset donatarij tam optimum desiderium, vt ex facto constat, vnde attenta morte donatarij cessat caussa ob quam fuit facta donatio, per consequens debet etiam cessare effectus, & sic donatio l. adigere §. quamuis
4 ff. de iur. patr. & c. cũ cessante vbi DD. de appellat. † pro ut etiam exemplũ patet in priuilegio concesso alicui propter paupertatem, nam paupertate extincta, extinctũ remanet & priuilegium l. non tantum §. eos qui, ff. de excusat. tut. & l. nec maritus, sol. mat. & l. cura, §. deficientiũ
5 ff. de mun. & hon. † Item dico quod si filia renuntiauerit hæreditati paternæ propter fratres, illis mortuis, renunciatio non officit quin filia possit adire hereditatem vt trad. Bald. in l. pactum quod dotali in 4. q. C. de Collat. & ibi Castr. sic etiam Rot. Rom. decis. 849. de pact. in antiquis Dec. conf. 31. sub nu. 1. postremo quod hæc donatio non transmittatur ad heredes, sed reuertatur ad donantem apertè demonstratur in l. 2. & 3. C. de bonisq; lib.
6 & l. iure ff. de iur. dot. ibi enim † habetur quod donatario premoriente res reuertitur ad donantem.

Prædictis tamen, & similibus non obstantibus, contrarium
7 verius censeo: quia † per donationem fuit ius quæsitum
8 donatario l. traditionibus, C. de pact. † & iura transmittuntur ad heredes l. si pactum, ff. de probat. glo. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. maxime cum caussa ob quam
9 fuit facta dicta donatio fuerit adimpleta, † & donatio ob caussam perficiatur irretractabiliter per euentum, & complementum caussæ, vt in tit. ff. & C. de cond. caussa data & l. 1. ff. de donat. Io: Berber. in viatorio iuris in tit. de
10 donat. quæ sub modo &c. in princ. † & sufficit caussam finalem verificari momento, vt effectus duret tex. in l. si cognatis, ff. de reb. dub. & hoc patet etiam in l. cum quidam

§. diuus, ff. de vsur. vbi habetur quod si quis omissit petere vsuras ab aliquo vt gratior sit, non poterit ex post petere etiam resoluta amicitia sic etiam Bal. in l. si mater in fin. C. de donat. memini me in annotat. ad libellum in actione dotis ex parte mariti consequendam operis mei Deo fauente, vt aliàs dicebam typis excudendum, ibi ad tex. dicta l. cum quidam, §. diuus proposuisse, num maritus, qui steterit per decennium, in quo interesse dotis non solute non petijerit, an interesse ipsum remisisse censeretur, & in negatiua fui opinione, citando ad quæstionem Ias. §. fuerat nu. 20. cum alijs de act. Rol. cons. 65. lib. 4. Osasch. decis. 132. & Andr. Fachin. contr. iur. cap. 103. lib. 3. & cap. 9. lib. 10. sed ibi agebatur de cã onerosa. Insuper facit ꝙ qñ caussa adesse certo & limitato tẽpore requirit, sufficit caussã illo tẽpore adesse, vt actus sẽper firmus remaneat, l. quæcũq; §. fin. ff. de pub. l. illicitas, §. præses, ff.
11 de offit. præsid. nec mors debet obesse, nã † ius quæsitũ ꝑ mutationẽ status ꝑsonæ nõ tollitur l. fin. ff. vnd. lib. Accedit præterea quod datum contemplatione certe caussæ non repetitur licet illa caussa cesset sic tex. vbi glo. & Bal. in l. 1. nu. 3. C. de pact. & melius in l. si quis heredem C.
12 de instit. & substit. ibi enim habetur † sufficere aliquid fieri licet factũ non duret, vt quis acquirat quod sibi relictum fuerat. sic etiam Panciroł. cons. 45. nu. 11. Francis. Galettus in sua Margar. casuum conscientiæ in verbo cõditio vers. 2. tandem adest tex. apertus in l. si mater C. de donat. vbi habetur, quod si mater sponsæ intuitu matrimonij sponsofiliæ suæ donauit predia simpliciter nullo adiecto pacto circa donationẽ, & eum in vacuam possessionem induxerit, & deinde secute fuerint nuptiæ, & ex post diuortium sit secutum, tamen donatio remanet firma, & nõ

resol-

resoluitur, ergo pariter dicendum in casu isto, quod cū donatio fuerit facta intuitu prædicto simpliciter nullo adiecto pacto, per mortem non infringi: & sic credo satisdictū ad confirmationem huius opinionis; licet aliàs interrogatus contrarium dixerim.

Superest modo tollere contraria, quæ iuditio meo facile tolli possunt.

Primum non obstat nempe l. à marito C. de donat. & l. si inter virum ff. de reb. dub. quia R. vna cum Grammat. de-
13 cis. 103. nu. 72. cum seq. procedere † quia donatio facta coniugi vim nō recipit nisi secuta donātis morte, eo quia huiusmodi donatio habet in se tacitā cōditionē si donatarius superuixerit, & ideo si pmoriatur resoluitur donatio.

Non obstat secundum dum dicitur, quod cessante caussa debet cessare effectus: quia nego caussam finalem huius donationis esse ne donatarius cogeretur mendicare, admitto autem esse, vt posset promoueri ad sacros Ordines, quę
14 fuit adimpleta, & effectus est consumatus, & tunc† quando effectus est consumatus, licet causa cesset, non tamen cessat effectus, contrarium autem procedit quando effectus non est consumatus, & sic ius non est quæsitū, vt trad. Bart. in l. 2. §. fin. ff. de donat. Dec. cons. 24. sub n. 6. vers. non obstat secundum, & in c. cum cessante nu. 9. de appel.
15 † Vlterius Resp. contrarium habere locum in caussa essēdi, φ secus est in casu isto cum sit caussa fiendi, & caussa fiendi sufficit vt adsit à principio, vt effectus duret, Bal. in l. si mater, C. de donat. Mant. de coniectur. lib. 5. tit. 12. num. 44. Bal. in l. generaliter in fin. C. de Epis. & Cler.

Non obstat tertiū dum dicitur de priuilegio paupertatis gratia concesso &c. quia Resp. cum Decio cons. 24. in fin. illa iura habere locum in his quæ habent tractum successiuū,

vt est excusatio ab oneribus, quæ successiuè imponuntur secus in hoc casu, qui in momento expeditur, nā donatio robur accipit, & perfecta fit secuta promotione.

Non obstat quartum dum dicitur de renunciatione &c. Resp. enim pariter cum Dec. cons. 31. sub nu. 5. Bal. loqui quādo fratres moriuntur, viuente patre, de cuius hæreditate agebatur, & sic ius adhuc non erat fratribus acquisitum; quod secus est in facti spetie de qua hic agitur nempe de donatione Clerico facta, vt ad sacros pmoueatur ordines.

Non obstat vltimum dum opponitur de tex. in l. 2. & 3. C. de bonisq; lib. & l. iure, ff. de iur. dot. satis enim respondet Crauet. cons. 15. nu. 6. lib. 1. hoc esse speciale in casu illarum legum ratione patriæ potestatis, secus verò si donatio fieret inter viuos donatario non existenti in potestate donantis, quia tunc bona donata deferuntur ad hæredes donatarij tamquam bona eius hæreditaria, & non reuertuntur ad donantem nisi aliter dictum sit.

SVPER EODEM CAP. QVINTO.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ordinatus ad titulum Patrimonij, an possit illud vendere sine licentia Episcopi.*

Concilij locus sess. 21. cap. 2. de refor. declaratur nu. 2. 5.

3 *Auctoris opinio.*

4 *Clericus ordinatus, si post alienationem celebret Missam, an incurrat suspensionem.*

1 NON leuis erat dubitatio, apud Interpretes: an ordinatus ad titulum patrimonij possit illud vendere sine licentia Episcopi, vt videre licet ex Ceuall. in suis cōm.

contra

contra comm. quæst. 527. quam tamen sustulit Sacr. Concil. Trid. sess. 21. cap. 2. de reform. dum negatiuam opinionem approbauit, statuit enim ne ordinati ad titulum Patrimonij possint bona alienare, seu renunciare sine licentia Episcopi, ne in opprobrium Clericatus cogerentur mendicare quod quotidie videmus esse vsu receptum, & sequitur Sayr. Thes. conse. lib. 4. cap. 14. 15. Nauar. in Manual. capit. 22. numero 18. & in consilio 14. numero 2. 4. de Temp. ord. Flam. Paris. de resignat.
2 benefit. quæst. 6. numero 1. & 35. libr. 2. † qui tamen affirmat locum sibi minime vendicare, quando Clericus tempore alienationis haberet congruam sustentationem, quia tunc de hoc constito cessat ratio finalis Concilij [*Ni cogantur*,] atq; ita cessare debet dispositio vulgata l. adigere §. quamuis, ff. de Iurisp. atq; hanc interpretationem non obscure confirmant verba quæ in eod. Concilio loco proximè sequuntur, [*Donec beneficium Ecclesiasticum &c.*] vt exceptio sit de reg. vulg. l. nã ꝙ liquidæ, ff. de pœn. leg.

Verum vt id quod res est ingenuè fatear, hæc opinio minime probatur, cum possit fieri vt Clericus, qui nunc possideat facultates, ex quibus commodè possit ali eas dissipet atq; profundat, atq; ita in ægestatem rursus incidat cũ maximo Clericatus dedecore, neq; obstãt, quæ contra dicebantur, non primũ, quia quamuis tunc cesset rõ finalis ipsius Cõcilij, tñ quia fieri potest, vt dicebã, vt ea perdat atq; consumat; Iccirco non dicitur cessare mens, & ratio finalis ipsius Concilij, quod hoc remedium eam ob caussam introduxit, vt perpetuò quis vitam transigere posset statui Clericali minime repugnantem.

Non impedit secundum, nam responsio est in promptu, id enim ideo fit, quia beneficiũ ecclesiasticũ alienari nõ põt,

Ideoq;

Ideoq; tunc sine vlla dubitatione cessat Concilij ratio finalis, & obiectiua. Quare si bona quæ Clericus acquirit postquam ordinatus est ad titulum patrimonij in ea etiã caussa essent, vt alienari non possent, tunc non disederem à Superiori opinione, sed cum simpliciter, & indistinctè Ceuall. & alij in 1. opinione relati, affirment posse patrimonium alienari, vbi quis post ordinationem ad titulum patrimonij efficitur idoneus facultatibus; Ideo eam non amplector opinionem.

Hæc autem prohibitio † alienationis à Concilio introducta
4 hunc parit effectum ex sententia Medinæ in sua Summa, §. 8. de la suspensione fol. 94. vt incurratur suspensio si post alienationem ausus fuerit missam ordinatus celebrare, quæ tamen sententia non ꝓbatur Guttier. in suis pract. quæst. par. 2. q. 65. num. 10. qui quamplurimos alios ita sencientes refert, & optimis rationibus hanc opinionem
5 confirmat † quam etiam nouissime sequitur Cęuall. dicta q. 527. qui adducitur, vt ita credat illis Concilij verbis [*Nullatenus possint*] ex quibus ait nullitatem actus à Concilio esse inductam, & non aliam pœnam, ex actu autẽ nullo pœna aliqua haud incurritur Clem. 1. de Consanguin. & affinit. & non pręstat impedimentum quod de iure nõ sortitur effectum, cap. non prestat de reg. iur. in 6.

Summæ

Vicarius Episcopi Clericus, non laicus esse debet. annot. 1.
Episcopi cura in eligẽdo Vicariũ quãta, verbo mox.
Vicarij Episcopalis qualitates eod. loco cũ tribus vers. seq.
Vicarius Episcopi per constitutionem secundi, censetur tacitè reuocatus. annot. 2.
Vicario qualiter sit notificãda creatio secũdi, ead. ann. 2.
Episcopi solent facere suis Vicarijs litteras testimoniales, verbo Episcopi.
Vicariatus, an necessariò requirat scripturam, quid in tutela, & cura, quid in decreto pro minore, quid in resignatione benefitij, quid in iure patronatus, quid in sententia excommunicationis eod. loco.
Actus quando necessariò requirat scripturã, quãdo nõ, ibid.
Litteræ Episcopi sigillo munite, faciunt fidem tanquam publicum Instrumentum, verbo Quarum.
Num testes necessariò in eis requirantur, eod. loco.
Vicarius Episcopalis, an creari debeat in spiritualibus, & temporalibus generalis. annot. 3.
Administratio rerum spiritualium quæ dicatur, quæ temporalium, eod. loco.
Vicarius Episcopi in spiritualibus tantũ constitutus, vel in temporalibus tantũ, an dicatur generalis, eod. loco.
Vicarius Epĩ, an dicatur Iudex ordinarius, vel delegatus. annot. 4.
Vicarius Episcopi habet eandem Iurisdictionem, quam Episcopus, eod. loco.
Vicarius Episcopi, quæ exercere non possit sine speciali mandato, verbo verum.
Causæ matrimoniales à S. A. Episcopo delegate, subdelegari non possunt, eod. loco.

Nulli-

recipere, quorum beneficiorum, quando, & quomodo. annot. 16

Vicarius cum facultate resignationes recipiendi, an possit benefitia resignata conferre, eod. loco.

Vicarius cum facultate conferendi, an possit beneficioru resignationes admittere, verbo addo.

Resignatio fieri debet coram superiore resignantis, verbo breuiter.

Resignatio, an coram Abbate habente ius instituendi fieri possit, verbo sequitur.

Quid si Abbas sit exemptus, eod. loco.

De Abbate, & illius auctoritate, eod. loco remissiuè.

Resignatio coram Abbate habente tantum temporalia est nulla, cum Ecclesia recognoscat Episcopum loci quò ad spiritualia, verbo quid si Ecclesia.

Resignatio facienda coram Episcopo in cuius Diœcesi situm est beneficium, licet alius ex priuilegio instituendi ius habeat, verbo quid in Episcopo.

Resignatio, siue permutatio coram quo, facienda, beneficijs in diuersis Diœcesibus existentibus, verbo quid in permutatione.

Vtrum Vicarius literas dimissorias subditis ad ordines dare possit. annot. 17

Dispensare potest Episcopus cū illegitime natis quò ad pr. Clericalē tonsurā, ordines minores, quò ad pensionē, quo ad cōmendam, & ad vnū tantū simplex beneficium. annot. 18

Dispensatio præcedere debet, ibi vers. cæterum.

Dispensandi facultatem non transire in Episcopi Vicarium nisi accedat speciale mandatum, verbo videndum.

Dispensare non posse Episcopum cum illegitimè natis quò ad Sacros Ordines, verbo quò vero.

Vicarius Episcopi habet eandem iurisdictionē, quā Epus. annot. 19

Vtrum

LITTERÆ PATENTES

Adm. R. D. Borgnini Caualcani Vicarij Generalis Curiæ Episcopalis Papiæ, sub Illustriss. & Reuerendiss. D. D. Hyppolito de Rubeis, Episcopo, & postmodum S. R. E. Card. fideliter exaratæ ex prothocollis Bartholomæi Francani tunc Curiæ Cancellarij, & sunt tenoris sequẽtis.

1578. vigesima prima Aprilis.



1 Yppolitus de Rubeis Dei, & Apostolicæ Sedis gratia, Episcopus Papiæ, & Comes &c. † Dilecto nobis in Christo R. D. Borgnino Caualcano I. V. D. Sarzanensis Diœcesis. Salutem in Domino. Litterarum, scientia, probitas, legalitas, industria, rerum vsus, atq; dexteritas de quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt, quod ea quæ tibi committenda duximus, diligenter, ac fideliter, probeq; , ac rectè conaberis adimplere:
2 † Hinc est, quod nos ex certa animi nostri scientia, remouentes prius, ac destituentes quoscunq; Vicarios generales hactenus per nos in spirituali-
3 bus, ac temporalibus dep utatos. † Te nostrum, ecclesieq; & Episcopatus nostri Papiensis in spiritualibus Vicarium generalem officialem, & L. T. nostrum.

nostrum præsentium. Tenore facimus, constituimus, deputamus, creamus,
4 ordinamus, & præficimus † cum plena, libera, ampla, & generali administratione, & potestate omnes, & singulas causas, lites, quæstiones, & controuersias beneficiales, matrimoniales, profanas, criminales, spirituales,
5 temporales, & mixtas, † & quascunq; alias etiam similes inter quascunque personas ecclesiasticas, & seculares, Capitula, Collegia, Conuentus Oppida, & Vniuersitates, etiam contra exemptos clericos, seculares, siue regulares extra claustra degentes, vti de mercede, seu de miserabilibus personis, aut de delicto tractetur quacunque ratione, titulo, vel occasione hactenus exortas, & quæ in posterum possint exoriri,
6 † & quarum cognitio ad nos de iure, vel de consuetudine, vel alia quauis ratione ex quocunque priuilegio, etiam ex dispositione Sacri Tridentini Concilij, etiam tamquam S. Apost. delegatus, quas omnes, & singulas
7 haberi volumus hic pro sufficienter expressis, † Illis tamen exceptis, quas Idem Concilium nominatim soli Episcopo, & non Vicario reseruauit, quas
8 hic nolumus compræhendi, † & quascunq; alias tam principales, quam incidentes, & per appellationem etiam quandocunque deuolutas, ac in posterum deuoluendas dictæ Ecclesiæ, & Episcopatui Papiæ spectantes, & pertinentes audiendi, cognoscendi, decidendi, & debito fine terminandi & in illis, tam per viam accusationis, denunciationis, aut inquisitionis ad instantiam partis, etiam priuatæ personæ, seu procuratoris nostri Fiscalis, aut quarumcunq; personarum, quam etiam ex officio, quæ nostræ iurisdictioni subiacent, & in quibus ius nobis competit procedendi, ac procedi
9 faciendi, † nec non agendi, inquirendi, iudicandi, sententiandi, puniendi, mulctandi, incarcerandi, ac omnia, & singula alia faciendi, & exequendi. tàm contra clericos seculares, & moniales, quàm alias quascunque etiam exemptas, ac priuilegiatas personas etiam honorarijs quibuscunq; titulis insignitas, & decoratas, quæ nostræ iurisdictioni subiacent, & in quibusuis nobis quò ad dictum officium, tam de iure, quàm de consuetudine, etiā ex priuilegio, & dispositione Concilij Trident. vel quomodocūq; quādocūq; & qualitercunq; pertineant, & spectent, delinquentesq; ipsos perpetuo, vel ad tempus secundum quantitatem, & qualitatem excessus, seu delicti ab eorum officijs, seu beneficijs suspendendi, & interdicendi, ac priuandi per censuras ecclesiasticas, ac etiam dispensandi, & pœnas etiam com-
10 mutandi, reuocandi, & mittigandi, ac moderandi † quascunque etiam Collegiatas ecclesias, & monasteria, aliaq; loca, & populum, & personas
11 nobis ratione dicti Episcopatus subditos, & subdita, † quinimo etiam quomodolibet exemptas etiam quod in nullius Diœcesi sint, quibus tamē ecclesia nostra proximior esse reperitur uisitandi, corrigendi, & reformandi, tàm in capite, quam in membris toties, quoties opus fuerit, & prout iuris ordo, & dispositio Sacri Concilij Tridentini, & consuetudo iuridica
12 dictauerit, † & Synodum faciendi, † Item damus etiam tibi plenam, &
13 omnimodam potestatem, dignitates, personatus officia, ac omnia, & singula beneficia ecclesiastica quæcunque, & qualitercunque cum cura, vel sine cura secularia, vel regularia, etiam de nouo erecta, vel creanda, vacantia,

vantia, vel vacatura, quæ ad Collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, institutionem, confirmationem, seu quamuis aliam dispositionem nostram de iure, vel de consuetudine, vel quouis alio titulo communiter, vel diuisim pertinet ratione dicti Episcopatus, & tam iure proprio, quam iure deuoluto, a authoritate Apostolica, vel quauis alia potestate à iure communi, vel speciali nobis concessa, & quomodocunque, vel quibuscunq; spectantia personis tamen alias idoneis, ac præuijs debitis examinibus ad formam Sacri Trid. Concilij approbatis conferendi, & de illis pro-
14 uidendi, & commendandi. † Item ad consentiendum collationibus factis, & quascunq; nominandas, præsentandas, & eligendas ad beneficia huiusmodi seruatis seruandis instituendi, & confirmandi, prout melius de iure, vel de consuetudine, statuto, siue priuilegio, vel ex suprascripto Trident. Concilio, Constitutionibus, alijsuè modis, pertinet, & pertinere poterit quomodolibet, Rectores idoneos ad curam animarum, & custodiam reliquiarum deputandi, ac eis curam ipsam committendi, Ipsosq; institutos, & confirmatos ad beneficia huiusmodi, vt moris est admittendi, & in eorũ corporalem actualem, & realem possessionem inducendi, & induci ab alijs
15 mandandi, cum solemnitatibus in talibus fieri consuetis, † ac etiam bene-
16 ficia vniendi † resignationesq; ex causa permutationis, vel simpliciter factas, aut fiendas de quibuscunq; beneficijs, ac officijs à quibuscunq; personis, vt moris est, & seruata bullarum Apost. forma, ac dispositione, recipiendi, ac admittendi, eisq; receptis, ac admissis de permutatis, & simpliciter resignatis beneficijs huiusmodi, alijs prouidendi, & conferendi, & auctoritatem in prædictis nomine nostro omnimodam interponendi, & ipsos in corporalem possessionem illorum, vel iurium, & pertinentiarum eorumdem inducendi, ac induci mandandũ cum solemnitatibus debitis,
17 ac requisitis † literas quascunq; dimissorias ad omnes, & singulos, etiam Sacros, & præsbyteratus ordines personis dignis, & seruatis seruandis reputatis, & præsertim dispositis à Sacro Concilio Tridentino concedendi,
18 ac cõmittendi. † Cum ipsis quoq; illegitime natis, vt ad minores ordines promoueri, & beneficia simplicia recipere, & retinere possint dispensandi, Instrumenta, & prothocolla Notariorum, acta, & transumpta publicandi, ac authorizandi, & concedendi testamenta, quoscunq; codicillos, & vltimas voluntates, & in eis, & alijs quibuscunq; contractibus auctoritatem, & decretum nostrum interponendi. Curam, & regimen animarum cura-
19 torum beneficiorum committendi, † Item, & interponendi auctoritatem, & decretum omnibus, & singulis legitimis, & iuridicis alienationibus, vel permutationibus rerum ecclesiæ, si quæ fieri contigerit, quæ tamen alienationes à iure, aut Constit. Apostolicis, nostrisuè, aut ordinibus in materia locationum ad longum tempus, & prohibitionis, ac compensationis
20 melioramentorum non prohibeantur fieri, † quorumcunq; subditorum confiteri sibi volentium confessiones audiendi, confessoresq; alios deputandi, & substituendi, salutares, ac publicas pœnitentias imponendi, & imponi faciendi, beneficium absolutionis committendi, & impẽdendi, ac impendi faciendi ab omnibus, & singulis peccatis, & criminibus de quibus

21 se illis eisdem confessi fuerint † etiam si esset contractio votorũ, & enormissima crimina, vel talium, quæ de iure, statuto, vel priuilegio, constitutione, siue iurisdictionis, siue synodalis, siue etiam Sacri Concilij, vel quacumq; alia, vel consuetudine aliqua esset aliquo modo ratione dicti Episcopatus quomodolibet reseruata, dummodo expresse absolutio Vicario
22 non prohibeatur, † & Insuper omnia alia, & singula circa ea necessaria, & opportuna faciendi, & committendi, etiam si maiora fuerint, & quæ mandatum exigant magis speciale, prout ad ipsius Vicariatus officium noscitur quomodolibet pertinere, & iuxta morem, & consuetudinem Curiæ
23 Papiensis, † nec non, & quosuis scolares, & personas idoneas in vniuersitate Papiensi ad doctoratus licentias, Magistratus, bachalaureatus, laureatus, & alios gradus in vtriusq; Iuris legibus, Theologia, Medicina, & artibus, & quibuscunq; scientijs, & facultatibus, prout nos de iure, vel de consuetudine, aut ex priuilegio, aut alias quomodolibet spectat, & pertinet iuxta morem in vniuersitate præfata seruari consuetum, & personis, & scolaribus præfatis, ipsum gradum, potestatem, auctoritatẽ, insignia, cum omnibus, & singulis priuilegijs libertatibus, indultis, & immunitatibus consue-
24 tis dandi, & concedendi. † Item, & professionem fidei accipiendi, tàm à dictis scolaribus promouendis ad dignitates, quàm à Doctoribus, vel alijs ipsis deputatis, siue deputandis ad quascunq; lecturas publicas in ipso Gymnasio Papiensi, & quibuscunq; Magistris, vel Lectoribus, qui similiter faciendi professionem adstringantur, & desuper literas, ac alia circa ea necessaria faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, statuendi, & ordinandi, quæ veri, & legitimi, ac generales in spiritualibus Vicarij, & officiales principales, factores, ac procuratores, seu negotiorum gestores, tam de iure, quam de consuetudine facere, exercere, ordinare, statuere possint, ac de-
25 beant, † & quæ tam ad voluntariam, quam ad contentiosam iurisdictionem, & ad forum, tàm iudiciale, quàm penitentiale spectant, & pertinent, & seu quomodolibet spectare, & pertinere dicitur, quod dictis constitutionibus, Concilio Trident. seu priuilegio, vel statuto, vel consuetudine, tàm synodali, quàm generali, aut quocunq; alio iure, vel causa, quæ dici, vel excogitari possit quomodocunq;, & qualitercunq; & quæ nos ipsi fa-
26 cere possumus, † & cum potestate etiam substituendi cum simili, vel limitata potestate vnum, seu plures in sui locum, quem nos Vicarium cum eadem potestate constituimus, ac illum, seu illos reuocandi, si, & prout melius, & toties, quoties sibi videbitur, & placuerit, præsentibus nihilomi-
27 nus in suo robore permansuris. † Mandantes vniuerso clero, ac alijs nobis subiectis in virtute Sanctæ obedientiæ, quatenus te ipsum prompto, ac benigno recipiant affectu, & in Vicarium, & officialem nostrum, vt præmittitur suscipiant, ac admittant, & tibi pareant, & in omnibus efficaciter obediant, assistant pariter, ac faciant pro quanto gratiam nostram caram habent, promittentes omnia, & singula, quæ per te vt supra acta, dicta, gesta uè fuerint rata, grata, & firma habere, tenere, & inuiolabiliter obseruare. In quorum omnium, & singulorum, fidem &c. Datum Papiæ in Episcopali Pallatio die Lunæ vigesima prima mensis Aprilis 1578. Firmat. Hippolytus de Rubeis.

ANNO-

ANNOTATIONES.

PRimo loco Illustrissimus,& Reuerendiss. Episcopus Rubeus,postmodum Sanctæ Romanę Ecclesiæ Cardinalis. Admodum R.D.Borgninum suum Vicarium, & officialē tamquam Ecclesiasticam personam salutat, & meritò, ex quo Vicarius Episcopi vir Ecclesiasticus esse debet, non laicus,qui est incapax rerum spiritualium, tex.c.in noua, vers.indecorū est 16.q.7.Canonistæ in cap.decernimus, vbi Abb.nu.12.Felin.nu.6.Dec.nu.15.Rip.nu.56.extra de iud.Verū non est necesse, quòd Vicarius Gen. Episcopi sit in Sacris ordinibus constitutus, at sat est quod prima sit initiatus Tonsura,vt docet Rebuf.sua praxi beneficiaria verbo forma Vicarij Archiep.nu.151. circa fin. Thesaur.fori ecclesiastici de priuileg.Cler. cap.11.n.1. & adhoc multa cumulat Sbrozz. de off.Vic. q.31.lib.1.

Mox subijecit litterarum sciencia,probitas,legalitas cū alijs &c.verba memoriæ recolenda, ex quo Episcopus in assumendo Vicarium,non ositanter se gerere debet, at meminisse,quantū ponderis in humeros eius reclinet: Quo circa idoneum illum esse oportet,moribus,scientia,& ætate, Cucchus instit.Canonica de Vic.Episc.num.44.cū alijs, lib.2.tit.8.Sbrozz. eod.lib.1.q.33.&36.

Dixit moribus,vt sit bonę,ac approbatæ vitæ,Deum timens, veridicus, liberalis,temperatus, fortis, magnanimus, & mansuetus,& qui sibi præcipitium non quærat, vt describit Sbrozz. dicta quæst. 33. & 36. lib. 1. Cucch. de Vicarijs in principio lib.2. titul. 8.

Dixit scientia idoneum esse debere,per quam suo possit satis facere officio,Rebuf.de Vic. Episc.nu.28. & 29. ad rem addo glos.textus in l.rem non nouam,C.de iudic.quę prę

scribit quod Iudex duos debeat habere sales, vnũ sapientiæ, ne sit insipidus, alium rectè conscientiæ, ne sit diabolus, quod sic dictum egregiè commendat Rol. cons. 12. n. 5. lib. 3. quo in loco latissime agit de qualitatibus in iudicibus requisitis, vt veri Iudices esse dicantur.

Dixit & ætate, quæ annis quinque, & viginti minor esse non debet, quod comprobatur per tex. in l. ad rem publicam, ff. de muner. & honor. Textus verba hæc sunt, ad rem publicam administrandam ante vicesimum quintũ annũ, vel ad munera, quæ non patrimonij sunt, vel ad honores admitti minores non oportet: At cum Vicarius Episcopi habeat dignitatem, & quidem cum administratione, ergo ætate ipsa minor esse non debet.

2. Dixit remouentes, & destituentes quoscunq; Vicarios generales hactenus deputatos &c. Clausula salubris, quæ in creatione noui Vicarij apponi solet, reuocãdo alios Vicarios &c. quibus reuocatis reuocationis notitia dari solet ex his, quæ scribit Rot. Rom. in nouiss. decis. 1448. par. 3. lib. 3. Bar. l. 2. §. fin. ff. sol. matr. ad casum nõ emmitto eund. Sbrozz. q. 33. lib. 3.

Episcopi eorum Vicarijs, vt de eorum auctoritate appareat, & vt per eos gesta valeant, litteras patentes dare solent, Sbrozz. q. 64. lib. 1. & q. 25. lib. 3. & ibi an Vicariatus Episcopi necessariò requirat scripturam vbi vide, quid in tutela, & cura, quid in decreto alienationis rei minoris, quid in resignatione beneficij, quid in iure patronatus, remissiuè Surd. decis. 231. num. 5. 6. Rot. auctore Achill. Grass. decis. 3. de probat. Paris. de resign. q. 2. lib. 8. Piasec. quæ beneficia possit conferre Episcopus n. 5. & quid in sententia excommunicationis, Genuens. de scriptura quan-

quando requiratur in sententia excommunicationis cap. 26. ex quorum dictis colligitur, quando actus necessariò requirat scripturam, quando non.

Quarum litterarum formula, quæ hodie obseruatur talis est, quod Episcopi illas eorum iussu conscriptas, subscribunt, & sigillo muniunt, quæ sic factæ valent, Sbrozz. dicta q. 64 nu. 15. non autem apponuntur testes, quicquid scripserit Thesaur. supra citatus, tit. de Vicarijs cap. 10. nu. 24. Rebuf. in additionibus ad regulas Cancellariæ, versiculo item non valet, fol. mihi 492. vbi tenent litteras Vicariatus sine testibus non probare.

3. Dixit te in nostrum, ecclesiæque & Episcopatus nostri in spiritualibus Vicarium Generalem facimus &c. ommisso verbo, & in temporalibus, quod verbum Cancellarij errore commissum fore existimo, cum Vicarius Episcopi creari debeat in spiritualibus, ac tẽporalibus generalis, Thesaur. dicto cap. 10. n. 13. Cucch citato loco de Vic. Epis. nu. 60. cum alijs, vbi etiam discurrit, quæ dicatur administratio rerum spiritualium, & quæ temporalium; Ad quæstionem, vtrum Vicarius Episcopi in spiritualibus tantum constitutus, dicatur generalis, & quid si sit in temporalibus tantum constitutus, num dicatur Vicarius Generalis, videatur Sbrozz. q. 25. lib. 1. vbi elegantissime.

4. Dixit cum plena, libera, & generali administratione audiendi, & cognoscendi omnes, & singulas causas, lites, & quæstiones &c. exprimendo etiam causas beneficiales, ac matrimoniales: quia & si in Vicariũ transeant ea, quæ sunt Iurisdictionis ordinarie sine mandato speciali, vt est interdictio, suspensio, excommunicatio, absolutio, & similia

milia, cum Vicarius ſecundum magis receptam doctorũ opinionem, iuriſdictionẽ Ordinariam, non delegatam habeat vt ſcribunt Angel. Aret. ſuper Inſtit. §. veniamus, nu. 7. de except. Specul. in rubr. de off. ord. n. 2. Alex. in rubr. de off. eius nu. 17. & ibi Iaſ. nu. 2. Marant. ſuo ſpecul. an iudicium ſit ord. vel deleg. par. 4. diſtinct. 5. nu. 12. Rol. conſ. 75. nu. 17. lib. 3. Couarr. var. reſol. cap. 20. nu. 4. lib. 3. Theſaur. de Iuriſd. ord. cap. 16. nu. 62. Quicquid in oppoſitum ſcripſerint Doct. in l. more, ff. de iuriſd. omn. iud. quia prior opinio eſt magis recepta, vt etiam teſtatur Pauin. de off. & Pot. Capl. ſed. vac. in par. princ. q. 2. n. 2.

Verum tamen eſt quod dicta regula in pluribus caſibus non procedit, ideo factũ eſt, vt quò ad multa opus ſit ſpeciali mandato, ſiue auctoritate, ac poteſtate, vt demandatam prouinciam Epiſcoporum Vicarij legitime exercere poſſint, cum ea non veniant ſub mandato generali, puta facultas conferendi beneficia, quę nõ poſſunt cõferri abſq; ſpeciali mandato, c. fin. de offic. Vic. in 6. Alex. conſ. 70 nu. 14. lib. 3. diſpenſandi, dimiſſoriales litteras ſubditis ad ordines concedendi, Diœceſim viſitandi, contra delinquentes procedendi, facultas Caſus reſeruandi, & abſoluendi, Synodos celebrandi, cauſas cognoſcendi, ſententiandi, promulgandi, atq; exequendi, pœnas moderandi, beneficia vniendi, diſmembrandi, & ex cauſa fundationis vel dotationis, iuſpatronatus reſeruandi, fidelitatis, ac alia iuramenta recipiendi, infeudandi, caducitates declarandi, rationes, & computa videndi, & reuidendi, & vt ſeriatim diſcurrunt Theſaur. præcit. cap. 10. n. 14. cũ alijs Sbrozz. q. 65. lib. j. & Cucch. de Vicarijs nu. 104. cũ alijs.

Quid ſi agatur de cauſa matrimoniali à S. A. Epiſcopo delegata, an illam ſubdelegare poſſit ſuo Vicario, & negatiuè

respondetur, cum de solo Episcopo delegatio loquatur, quia tunc est electa industria personæ Menoch. de Arb. q. 54. nu. 7. 11. & cas. 205. Capyc. decis. 151. num. 5. 6. Mar. Ant. cas. 67. lib. 1. non negando tamen quin Epis. causas matrimoniales, quæ ad eum spectant iur. Ordinario committere possit suo Vicario, Cucch. de Sacr. matrim. nu. 182. ideo optimè dixit Illustriss. Rubeus cũ potestate etiam causas matrimoniales cognoscendi.

Vnde bonum est multis in casibus videre litteras patentes, quia Vicarij potestas mensuratur ex forma litterarum Vicariatus, vt scribit Sbrozz. quæst. 68. eod. lib. 1. quo in loco etiam annunciat Vicariatus litterarũ formulã, quàm ante eum conscripsit Rebuf. cit. tit de Vic. Epis. f. mihi 39

Quibus etiam Episcoporum Vicarijs, quacunq; sint facultate suffulti exercere non licet ea, quæ sunt ordinis Episcopalis, & fori pœnitentialis, nisi Vicarius Episcopi, sit & Episcopus, & Sacerdos: Sbrozz. dicta q. 68. nu. 3. q. quinta, & quæst. decima tertia, lib. 2. Thesaur. cit. loco num. 12. Cucch. de Vicarijs nu. 119. cum duobus seq. & ibi Cucch. ꝙ ea, quæ sunt ordinis Episcopalis Vicarius, qui sit Episcopus exercere nõ possit, nisi ex mandato speciali Episc.

Ordinis Episcopalis, quæ sint, & dico quod sit Clericorũ ordinatio, depositio actualis, chrismatis cõfectio, virginum benedictio, ecclesiarum, & similia, quæ Episcopi exercere nõ possunt, nisi post consecrationem, Cucch. de consecrat. Episcopi, n. 9. cum alijs, & tit. de Epis. n. 21. cũ seq.

5. Dixit cum facultate procedendi contra quascunque personas, tàm ecclesiasticas, quàm sæculares; Hoc Ideo dictum, quia ab omni iure statutum, & ex Sacro Concilio præscriptum, quod Iudex ecclesiasticus in delictis ecclesiasticis, seu mixti fori, absq; nullius impedimento idest

Iudi-

Iudicis sæcularis, contra laicos procedere possit, vt sunt adulteria, blasphemiæ, incestus, abortus, sacrilegium, ac alia crimina, de quib' meminit Clar. §. fin. q. 37. & Sbrozz. q. 151. lib. 2. addo Sacrũ Conciliũ, cap. 3. sess. 25. de reform. Thesaur. de Synodo cap. 9. nu. 16. cũ alijs, cap. 16 de iurisdictione ordinaria num. 16. cum seq. & Cucch. de Episc. tit. 6. nu. 112. Decian. in suo tract. crimin. lib. 4. cap. 26. vbi latissimè & Farinac. de inquisit. quæst. 8. num. 129. cum seqq. pluribus.

Dixit contra Clericos etiam exemptos, contra quos Episcopos ex dispositione Sac. Conc. posse procedere, habetur ex cap. 11. sess. 24. de reform. sequitur Paris. de resig. benef. q. 11. nu. 5. cum seq. lib. 3. Cucch. cit. loco de Epis. nu. 163. licet Mar. Ant. resol. 4. lib. 3. dixerit exemptum non subiacere Ordinario ratione delicti, quod ideo in casu ab eo proposito dixit attentis verbis Bullæ fel. record. Pij Quinti ad cuius loca lectorem remitto.

Rursus dixit Regulares extra Claustra degentes coram Vicario in causis mercedum, & miserabilium personarum conueniri posse, quòd etiam probauit Cucch. citato loco de Episc. nu. 165. & Thesaur. infra notatus num. 65.

Addo Regulares extra Claustra degentes, & delinquentes posse etiam per Ordinarios locorum tamquàm à Sede Apostolica delegatos puniri absque eò quod remittantur ad suos Superiores, Marc. Ant. Genuens. sua praxi Archiepiscopali de Potestate Episcopi super Regulares, c. 59. cuius locus magistralis est, Thesaur. de electione Episcopi, cap. 3. nu. 34. cap. 8. de verbi Dei predicatione, nu. 13. & cap. 17. de potestate Iurisd. deleg. nu. 63. & 65.

Idem quò ad Regularem alicuius Ecclesiæ curam gerentem, qui ratione Ecclesiæ curatæ subest Episcopo loci, vt seria-

tim scripsit Mar. Ant. cas. 50. ad resol. final. lib. j. & resol. 18. nu. 3. eod. lib. j. Piasec. de visitat. regul. num. 46.

6. Dixit, quarum causarum cognitio ad nos de iure, vel de consuetudine, vel alia quauis ratione, vel ex priuilegio, et ex dispositione Sacri Concilij spectet; Hoc ideo rationabiliter dictũ. Cum Epi, nedum habeant ordinariam iurisdictionem, sed & pluribus in casibus delegatã, tam contra regulares, & eorũ monasteria, quàm alijs in casibus, quos egregiè cõmemorat, Cucch. de Episc. nu. 52. cũ alijs Thesaur. præcitato cap. 17. à nu. 60. vsq; ad finem capituli, & quã facultatem in vtroq; casu eorũ Vicarijs generalibus, Epos cõcedere posse, pro indubitato habetur, qñ competit ratione officij, vt docet Genuens. sua praxi de potestate Episcopi vigore Concilij cap. 67. nu. 15.

Addo quod licet procurator ad causas, nedũ præsentes, sed & ad futuras constitui possit, nõ potest tamen Episcopus committere suo Vicario futuras commissiones Papæ, quæ solent in dies Episcopis delegari, quia Iurisdictio, quæ nundum competit, alteri demandari nõ potest, vt scribit Rot. decis. 9. alias 847. de off. vicar. in antiq. Pauin. de off. & pot. cap. sed. vac. 2. par. princ. q. x. nu. 35. & Cuch. de vicar. Episc. num. 115. Iurisdictio enim, quæ nondum competit, demandari non potest, vt dicebam.

7. Dixit, illis tamen exceptis, quas idem concilium nominatim soli Epo, & non Vicario reseruauit. Quia licet Vicarius generalis Epi veniat sub nomine Ordinarij, Genueñ. de denunciatione ante matrimoniũ cap. 26. hoc non procedit in casu Concilij cap. 6. sess. 24. de refor. Cum cõcilium dicat eis tantum, non autem eorum Vicarijs sit permissũ, quia tunc Vicarius nõ venit sub nomine Ordinarij,

ad Conciliū addo Sbrozz.q.43.nu.29.iuncta q.202.lib.2.dixi nu.12.ad cap.nonum,de sacris ordinibus.

8. Appellationum causæ excluduntur, quia à sententia Vicarij generalis Episcopi, cum constituant vnum & Idem tribunal,ab vno non appellatur ad alium, sed ad superiorem,vt est Pontif.Max.Thesau.de vicarijs c.x.nu.10.Rebuf.sua praxi citato tit.de vicarijs Episc.nu.6. & Sbroz.q.2.lib.3.vbi late de puncto,& ibi limitat in sententia lata per Vicariū in causa sibi ab Episcopo delegata,quo casu potest appellari ad Epm;addo Cuch. de vicar.nu.113.
Quod sic dictū limitatur, vt non procedat quoties ageretur de nullitate sentētiæ Vicarij generalis Episcopi,quia de nullitate sententiæ corā Epo dici potest,teste Bart.l.si expressim nu.14.ff.de appell.Menoch. de Arb. q.67.lib.j.& Sbroz.d.q.2.nu.finali iuncta quæstione decima.
Ampliatur, vt etiam cognoscere possit de Iniquitate sententiæ sui Vicarij,eiusdemq; vicarij interlocutoriā reuocare eo casu,quo vicarius posset, nec nō & reuocare admissionē appellatiōis factā per vicariū eo casu,quo ipse posset, & è contra,Sbroz.d.q.10.eod lib.3.
A cuius vicarij interlocutoria ad Episcopum etiam appellari posse,scripsit Rot.Rom.auctore Puteo decis.503. lib.2. quia quod à sententia vicarij non appelletur ad Episcopū vts.affirmabā,procedit quoties de diffinitiua ageretur, secus si de interlocutoria,quam cū vicarius reuocare possit vts.aiebam,Idem & Episcopus, hoc idem etiam firmauit Piasecius sua praxi Episcopali de persona Iudicis vers.potest.f.238.vbi etiam declarat quo casu, iudici liceat suā reuocare interlocutoriā; His sic conscriptis in octaua Annotatione,addo Capyc.decis.j.nu.24.cum alijs.

De-

Declaratur, vt à sententia vicarij ad Epm supplicare non liceat, quia si à Vicarij sententia supplicari posset ad Epm fieret fraus prohibitæ appellationi de vno ad alium cõtra mentem legis, vt optime nouit Sbroz.q.12.eod. lib.3.

Cum hac declaratione non facile consenserim cum in omnibus casibus in quibus reperitur prohibita appellatio non tamen intelligitur prohibitus recursus, vt late per Menoch.in tract.de arb.iud.q.70.nu.24.& seq.& late in tract. de adipisc.remed.4.q.102.nu.895. Petr. Georg.Tholos. in tract.de appellat.in tit.de supplic.c.6. Decian.cõs.47. num.6.cum seq.lib.j.

9. Dixit, puniendi, mulctandi, & carcerãdi &c. Quia vicarius Episcopi sine speciali mandato Episcopi, aliquem punire non potest, nec absoluere ex l.nemo qui condemnare, ff. de reg.iur.ad punctum videatur, Sbrozz. q.165.& 166. lib.2.vbi declaratio dictæ legis qui condemnare, addo ẽt ad declarationem dictæ legis, qui condemnare eximium Doctorem D.Philippum Massinum Perusinum, aliàs Ticini legentem distinct.36.Centur.1. vbi locus Insignis.

Concessa igitur per Episcopũ suo Vicario facultate puniendi, dico quod si Clericus extra diœcesim delinquat, de iure canonico puniri poterit à suo Vicario, licet Iurisdictio nõ remaneat offensa ex notatis per Farinac.de Inq.q.7. nu.21.vbi testatur de magis communi, quem cum alijs refert Mar.Ant.resol.8.nu.5.li.3.& sub Illustriss.Præsule fuit processum contra M. R.D. Io.Todeschinum Clericũ Papieñ. inquisitum de delicto commisso in loco S. Christinæ Mediolanensis diœcesis.

Dixit etiã pœnas commutandi, reuocandi, mitigandi, ac moderãdi, clausula rationabiliter proposita, cũ sit à iure sta-

tutũ, qđ Episcopi de subditorũ delictis gratiã facere possint, ergo tanto fortius pęnas cõmutare; quod idem dicẽdum quò ad eorum Vicarios adhoc auctoritate suffultos, cũ in generali mandato non veniant ea, quę sapiunt liberalitatem, & gratiã, sed quæ sapiunt iustitiam, Genuens. de Episcopo an possit facere gratiam, cap. 49. Cucch. de Episc. nu. 243. 286. & 300. Osasc. decis. 101. num. 6. & Rebuf. for. vicariat. Archiepiscopi nu. 176. & seq.

10. Dixit quascunq; etiã Ecclesias, & Monasteria, aliaq; loca, & populũ, ac personas nobis ratiõe dicti Episcopatus subditos & subdita &c. Ex quo Episcopis in Monasterijs, & domibus virorũ, seu mulierũ, quibus imminet animarum cura personarũ seculariũ, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorũ, seu locorũ familia, personæ, tã regulares, q̃ seculares huiusmodi curã exercẽtes ibi subsunt immediatè in ijs, quæ ad dictã curã, & sacramentorum administrationẽ pertinent, Iurisdictioni, Visitationi, & coërcioni Ordinarij in quorũ diœcesi sita sunt, dixi verbo Idem, in annot. 5. nec ibi aliqui, etiã ad nutũ amouibiles, possunt deputari, nisi de eorũdẽ ordinariorũ cõsensu, ac præuio examine p eum, seu eius vicariũ, & examinatores Synodales faciendo, Thesaur. de verbi Dei prædicatione cap. 8. nu. 20. & Piasec. de visit. regul. nu. 46.

11. Dixit, quinimo etiã quomodolibet exẽptos, etiã quod in nullius diœcesi sint, quibus tñ ecclesia nostra proximior esse reperitur, ad hoc motus auctoritate Sacri Concilij c. 8. sess. 21. de refor. sequitur Thesau. de visitat. c. 31. nu. 2 cũ alijs, & Rot. Rom. in nouiss. decis. 736. 740. & 743. cũ seq. part. j. Vlterius scire cupiens quanta sit Episcoporum auctoritas in exemptos, videat Quarant. suo bulla-

rio

rio verbo exemptio, vbi plura congesta, & Piasec. de visitatione quorumuis exemptorum num. 59.

12. Et Synodum faciendi, cum Vicarius Episcopi sine speciali mandato illum celebrare non valeat, Thesaur. de Vicarijs cap. 10.num. 19. & Sbrozz.q.46.lib.2.

13. Item damus plenam & omnimodam potestatē dignitates, personatus officia, ac omnia & singula beneficia ecclesiastica, que ad Collationem &c. seu quamuis aliam dispositionem, de iure, vel de consuetudine, vel quouis alio titulo pertinet &c.? licet Vicarius Episcopi ex speciali mandato conferendi, possit etiam conferre dignitates, cum appellatione beneficiorum veniant, & dignitates, cum non sit materia ambitiosa vt sentit Rot. decis. septima, alias, 437. & decis. 8.alias 580. in antiq de off. Vicarij, & Rebuf. sua praxi, tit. quid sit benef.num. 11.& tit. Vicar.Arch num. 111. Tamen cum Summus Pontifex Episcopis concedit facultatem conferendi beneficia non includuntur dignitates, si non exprimantur, Rebuf. sua praxi benef. forma Vicariatus Archiepiscopi, num. 113.

Ad rem dico, quod Papa Episcopis residentibus, alternatiuam sex mensium concedere solet, nō residentibus vero quatuor videlicet non residentibus, Martij, Iunij, Septembris, & Decembris, residentibus vero, Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris, quas facultates Collatores, in conferendis beneficijs, diligenter seruare debent, non etiam apponendo manum ad beneficia affecta, & Sedi Apostolice reseruata, vltra Rebuf. dicto num. 113. late Paris. de resig. benef. q. 10.nu.45. cum alijs lib. 1. Thesaur. de Collat. benef. cap. 18.nu. 3. cum alijs, & Quarant. in regul. Cancellariæ Apostolicæ nu. octauo verbo ac etiam voluit.

14. Dixit

14 Dixit item ad consentiendum collationibus, & quoscunq; nominandos ac ad beneficia presentandos instituendum &c. quia facultas conferendi beneficia sub generalitate verborum non comprehenditur, nec facultas inquirendi, corrigendi, aut puniendi excessus, seu aliquos à suis beneficijs, officijs, & administrationibus amouendis, Thesaur. citato cap. de Vicarijs num. 14 Rebuf. in regul Cancell verbo & is Vicarius fol. 490. vnde nec potest interponere decretum in translatione iurisp. tit. donationis, nisi cum speciali mandato, vt doctè scripsit Ill. & Adm. R. D. huius sanctæ Eccl Canonicus Ord. Rodobald. Parinius in suo tract. de Gabellis par. 3. num. 26. pag. 138. col. 1. vers. nec ex generali.

Quæritur vtrum Vicarius habens ab Episcopo facultatem beneficia conferendi, ea conferre possit, extra diœcesim existens, & affirmatiuè scribentes, quia conferre est actus voluntarie iurisdictionis; quod etiam extra territorium exerceri potest Rebuf. for. Vicar. Archiep. nu. 227. Cucch. de Vicar. nu 98. & de Sacramento Pœnitent. num. 196. & 197. vbi etiam exemplificat, Couarr. var. resol cap. 20. num. 8. lib. 3.

Quare cum institutio, & distitutio, pertineant ad Episcopum tamquam correlatiua, ergo Vicarius, qui ab Episcopo instituendi ius non habeat, quem beneficio priuare non poterit, Rebuf. Forma Vicar. Archiep. num. 135. & in regul. Can cell. vers. Item institutio fol. 492. Ibi tamen legitur, posse Vicarium declarare possidentem beneficium, non habere iustum titulũ in beneficio, cũ per modũ actionis hoc petatur.

Non extra rem dicam, quòd si Episcopus Vicario suo det licentiam conferendi beneficia, si inde ad Vicarium litteras det, vt beneficia vacantia conferat, puta suo Secretario, Vicarius vero alteri, quàm in literis nominato conferrat, quòd Vicarij collatio valeat, rationes, & auctoritates colliguntur

tur

tur ex ſcriptis per Rot. Rom. auctore Achille Graſſio deciſ. 1. de officio Vicarij, addo etiam viden. Cucch. citat. tit. de Vicarijs nu. 90. cũ alijs, vbi late de poteſtate Vicarij Epiſcopi. Rurſus Vicarium Epiſcopi cum facultate conferendi, ſibi ipſi beneficia conferre non poſſe, nec Epiſcopo illum conſtituenti, ſed ſi Vicarius Epiſcopi ſit cum facultate ſubſtituendi, & ſubſtituat, tunc Vicarius ſubſtitutus, Vicario beneficia conferre non prohibetur, & ratio eſt, quia ſubſtitutus non capit auctoritatem à Vicario ſubſtituente, ſed ab Epiſcopo, Rebuf. citato tit. Vicar. Archiep. num. 77. & poſt eum Pauin. de off. & poteſt. cap. ſed. ua. 2. part. princip. q. 5. nu. 9.

15. Dixit, ac etiam beneficia vniendi, hoc ideo dictum, quia vnio eſt de arduis, & reſeruatis Epiſcopo, quæ non veniunt in generali mandato, nec ſub facultate conceſſa beneficia conferendi, Cucch. de Vicar. Epiſc. num. 106. & poſt eum Sbrozz. q. 115 lib. 2. requiſita etiam ad validitatem vnionis ponit D. Coſta de remed. ſubſi. rem. 74.

Quemadmodum etiam ſine ſpeciali mandato, Vicarius beneficiũ ſupprimere non pôt, Rot. auctore Puteo deciſ. 53. lib. 3.

16. Dixit, reſignacioneſq; ex cauſa permutationis, vel ſimpliciter factas ac fiendas de quibuſcumq; beneficijs, & officijs, recipiendi, ac admittendi &c. quia Vicarius Epiſcopi beneficiorum reſignaciones recipere non poteſt ſine ſpeciali mandato, Immò ſi habeat facultatem recipiendi reſignaciones ex cauſa permutationis, vel ſimpliciter, non poterit beneficia ſic reſignata conferre, cum ſpeciale mandatum requiratur etiam in collatione vtſup. affirmabam; Propterea ab Illuſtriſs. Rubeo fuit addita clauſula, de beneficiis huiuſmodi reſignatis aliis prouidendi, Rebuf. citat. loco Vicar. Archiepiſ. num. 105. 106. eſtq; locus magiſtralis penes Pariſ.

de

de resig. q. 24. per tot. lib. 7.

Addo quod si ab Episcopo vicario detur facultas conferendi beneficia, poterit etiam beneficiorum resignationem admittere, cum resignatio sit preparatoria ad collationem Rot. in nouiss. decis. 986. part. 3. lib. 3. & Put. decis. 76. lib. 3. quibus non assensit Paris. dicta q. 24. num. 15. et 16.

Cum de beneficii resignatione agatur. Breuiter dico, quod cum beneficiorum resignacio coram Superiore resignantis sit facienda test. Paris. de resig quæst decima per totam lib. 7.

Sequitur quod si Abbas, vel Abbatissa de iure communi beneficium conferre possit, coram eis tamē ipsorum beneficiorum resignatio fieri non poterit, licet ad eos spectet collatio, sed erit resignandum in manibus diœcesani, Mar. Ant. resol. 63. num. 4. lib. 1. Quod sic dictum sanè intelligendum in Abbate non exempto, quia tamquam Episcopo inferior non potest beneficiorum resignaciones admittere: At secus si abbas sit exemptus, & habeat ius instituendi, quia Abbates exempti habent ecclesias pleno iure sibi subiectas, & per hoc habent ius Episcopale, & Iurisdictionem quasi Episcopalem, Paris. q. 15. per tot. eod. lib. 7. addo Cucch. de Abbate lib. 3. tit. 3. nume. 6. quo in loco amplissime agitur de auctoritate abbatis, de cuius auctoritate aliquid dixi cap. 2. nu. 10. cum alijs de Sacr. Ordin.

Quid si Ecclesia aliqua, circa temporalia recognoscat N. Abbatem, circa vero spiritualia N. Episcopum loci, si beneficiatus illius Ecclesie velit renunciare, hoc debet facere in manibus Episcopi quia coram superiore ecclesiastico beneficia sunt resignanda Paris. dicta q. 15. nu. 18.

Quid in Episcopo, qui ex priuilegio habet ius instituendi in aliena diœcesi, num eiusdem beneficij resignatio in eiusdem manibus sit facienda, vel in manibus Episcopi loci, vbi si-

tum

tum est beneficium, & Parif. dicta q. 10. nu. 17. 18. & 21. respondet pro Episcopo diocesano.

Quid in permutatione beneficiorum fienda inter Clericos, quorum beneficia in diuersis Dioecesibus sita sint, & concluditur quod quilibet Coram suo Ordinario ex causa prædicta poterit renunciare, Parif. dicto num. 18. & Thesaur. de Collat. benef. Cap. 18 nu. 61.

17. Dixit, quascunq; litteras dimissorias ad omnes, & singulos etiam sacros, & præsbyteratus ordines subditis concedendi, in quibus concedendis iuxta magis receptam sententiam speciale requiritur mandatum vt dicebam nu. quinto ad Capitulum quartum de sacris ordinibus.

18. Dixit, cum illegitime natis dispensandi vt ad minores ordines promoueantur, & ad simplicia beneficia admittantur; Quod Episcopus illegitimos ad primam tonsuram, & ad minores ordines, & ad vnum simplex beneficium dispensare possit, voluit Thesaur. de dispensac. cap. 23 num. 54. Rebuf. qui supra de dispensat. super defectu natalium num. 8. Cæterum requiritur quod ante tonsuram, & beneficij collationẽ dispensatio ipsa præcedat, aliàs non valebit actus Rebuf. citato loco num. 9. Tholosan. Syntag. iuris vniuersi Cap. 10. num. 19. lib. 16. Caputaq; decis. octaua par prima, & Cucch. de his qui ad ordin. num. 26 & 27. de hoc etiam dixi nu. 7. & seq. ad Capit. 7. de sacris ordinibus vbi dicebam Episcopum posse dispensare illegitimum quò ad minores, & ad simplex beneficium: quæro num illegitimum, dispensare valeat Episcopus quò ad commendam perpetuam, vide Cucch. de Commendatarijs num. 19.

Qui illegitimus, cum non sit capax beneficij sine dispensatione, nec erit capax pensionis, nisi præuia Episcopi dispensa-

tione, Paris. de confidentijs beneficial. q. 23 nu. 10. 11.

Viden. an dispensandi memorata facultas transeat ipso iure in Episcopi Vicarium, & licet regulariter Vicarij Episcoporũ omnia possint, quæ Episcopus potest vtsupra asserebam, tamen dispensandi facultas non transit in Vicarium sine mandato speciali, Cucch. de Vic. Episc. nu. 62. & 111. & Sbrozz. q 35 lib. 2. vbi rationem assignat.

Quò vero ad maiores ordines Episcopum cum illegitime natis dispensare non posse, probat, Rebuf. citato nu. 8. & de quo puncto dixi num 8. ad citatum cap. 7. de sacr. ord.

19. Dixit, & interponendi auctoritatem, & decretum alienationibus, & permutatiónibus rerum ecclesiæ &c. Ad quæstionem vtrum Vicarius Episcopi suam possit interponere auctoritatem, & decretum sine speciali mandato Episcopi, pro qua sunt pro vtraq; parte opiniones, nam qui affirmatiuam sectantur hac vtuntur ratione, quod Vicarius Generalis eandem habeat iurisdictionem quam Episcopus, & quod ideo in alienationibus rerum Ecclesiæ auctoritatem possit in terponere, sicut Episcopus, negatiuam tenentes, ea vtuntur ratione, quod in alienationibus rei Ecclesiæ siue transactionibus, non sufficiat Episcopi auctoritas, & minus Vicarij? Opiniones concordando dicerem, Vicarium cum speciali mandato Episcopi ijs casibus, in quibus à iure permittitur Episcopo consentire alienationibus bonorum Ecclesiæ, eadem ratione licere Vicario auctoritate Episcopi suffulto, cum Vicarius dicatur associatus Episcopo in iurisdictione, & sit superior sicut Episcopus, ad quæstionem tamen addo videndum Mar. Ant. resolut 25. num. 7. lib. 1 Thesaur. citat. cap. 10. num. 12. & cap 31. num. 16. & Sbrozz. quæst 57. & quæst. 195 lib. 2.

Quod

Quod Episcopus, & Vicarius facultate suffultus in alienatione bonorum Ecclesiæ suum possint interponere decretum, & auctoritatem, intelligo sanè in re immobili parua absq; solennitatibus, de quibus solennitatibus in alienatione rei Ecclesiæ requisitis, mox subijciam, & in casu prædictæ alienationis, tunc tria copulatiuè requiruntut, quod res sit exigua & modica, quod non sit Ecclesiæ vtilis, & necessitas; Res igitur sterilis, seu inutilis, prædictis non concurrentibus, de mandato Episcopi, vel illius Vicarij, absq; solennitatibus requisitis alienari non potest, Quarant. in suo bullario verbo alienatio, num.41. Thesaur. de rebus Eccl. non alien. cap. 15. nu.6. & Piasec. de bonis mensæ Episcopalis nu. 31. & 32.

Quæ nam dicatur res exigua, & modica, Id totum remittunt Doctores arbitrio boni viri inspecta condicione Ecclesiæ, si est tenuis, vel multum abundans, attenta qualitate temporum, locorum, & rerum, Quarant. cit. num. 41. circa fin. ibi quæ nam: Thesaur. dicto cap 15. num 7. Piasec. dicto num. 32. verbo quæ autem dicatur.

Ad validitatem igitur alienationis rei Ecclesiæ, quæ non fit de Episcopi consensu, sed cum beneplacito Sedis Apostolicæ: Duo copulatiuè requiruntur, causa iusta in casu licito, & forma idest solennitas legitima, nec vnũ sine alio sufficit, insignis locus Rot decis. 278. par 2. qua forma ommissa regulariter non valet alienatio. Causæ iustæ sunt quatuor, necessitatis, vtilitatis, incomoditatis, & pietatis, Quarant. dicto loco num. 2. & 3. & Genuensis sua praxi Archiepiscopali de vtilitatè requisita in alienatione rerum Ecclesiæ in indice meo c. 90. & ibi latè, quę dicatur euidẽs vtilitas in alienatione rerum Ecclesiæ, qualiter probetur, quod tempus attendatur, an Contractus, vel Assensus, cum alijs sciru dignis.

Quia in alienatione rerum Ecclesiæ, nonnulla dubia occurrere

solent circa beneplacitum S.A. & circa auctoritatem delegatam super breui si in euident. Ideo succinctè hoc loco aliqua exarabo.

In primis dico, num assensus Apostolicus in alienatione rerum Ecclesiæ ex temporis diuturnitate, nempe 30. annorum interuenisse præsumatur, & est negatiua responsio teste Genuens. cit. praxi varia de Assensu Apostolico cap.89.addo Gabriel suis comm.opin concl.1.de præsumpt.num.4. lib.1.& Piasec.dicto num.32. verbo in dubio autem.

Ad quæstionem an, & quando solennitas extrinseca in alienacionibus, alijsuè contractibus, & actibus, ex temporis cursu interuenisse præsumatur, videatur Put.decis.355.lib.1,decis.136.210 336. & 365.lib.2. Gabriel dicta concl.1. per tot. Andreas Gaill. obser.71. lib. 2. Pedem. decisio auctore Osascho 173. Mantuana decisio auctore Surdo 231. vbi loca magistralia.

Breuia si in euidentem per Summum Pontificem committi solent Ordinarijs locorum, & vni ex dignitatibus in Cathedrali Ecclesia constitutis, qui vocatis vocandis coniunctim procedere solent, ita vt constito, quod in Ecclesiæ euidentem vtilitatem alienacio cædat, illam auctoritate Apostolica Commissarij confirmant Thesaur. de bon.ecclesiæ non alien.cap. 15. num.47. & seq.

Ideo Domini Cōmissarij, non possunt assumere potestatem con firmandi alienationes, nisi verificatis prius condicionibus, & Clausulis in breui Apostolico contentis, quæ sunt suæ potestatis bassis ac fundamentum. Immo sciendum quod ex Bulla Pauli Quarti, Commissarij, quibus à Romano Pontifice rescripta ipsi committuntur, sunt excommunicati ipso facto, si sunt inferiores, & Episcopi per annum suspensi ab executione officij, & obligati ad restitutionem damni illati Ecclesiæ,

clesiæ; si suæ conscientiæ prodigi in grauamen, aut detrimentum Ecclesiæ, per gratiam, timorem, vel sordes alienacioni consenserint, aut decretum, aut auctoritatem interposuerint. Quarant. suo bullar. verbo alienatio nu. 13. vers. Si Delegatus, & Genuens. de alienat. rer. Ecclesiæ cap. 61. per totum maxime num. 11.

Vtrum sit necesse in huiusmodi processibus, testes examinare parte citata, & datis articulis, & quod hæc non sint necessaria, cum non procedatur iudicialiter, sed inter volentes, docet Rot. in nouiss. decis. 479. par. 1; nō inutile tamē erit videre Thesaur. dicto cap. 15. num. 48. Mar. Ant. resol. 58. lib. 1. Rot. sub. Caputaq. decis. 125. lib. 1. sub Achill. Grass. decis. 2. de filijs presbyt. & Genuens. dict. c. 61. num. fin. vbi contra. Rot.

20 Dixit, subditorum confessiones audiendi, confessarios deputandi, & substituendi, salutaresq; ac publicas imponendi penitentias, & absoluendi &c. Cum peccantes publicè palam sint corripiēdi ex Sacro Concilio cap. 8. Sess. 24. de refor. sequitur quod Vicarius Episcopi ex mandato speciali, publicas possit iniungere penitentias, cum id sit dignitatis Episcopalis, quòd Vicario committi potest, qui est vna, & eadem persona cum Episcopo, vt sæpius dixi, quas publicas pœnitentias, etiam Sacerdos de mandato Episcopi iniungere potest, vt scribit Sbroz. q. 17. lib. 2; Ad quæstionē, an Vicarius Episcopi possit reconciliare publicè pœnitentes addo Genuens. de Vicario Episcopi cap. 44. vbi citat. eund. Sbrozz. q. 18. eod. lib. 2. qui Sbrozz. supra citatus, firmat Vicarium Episcopi posse reconciliare publicè pœnitentes, vbi is sit Sacerdos, sit Episcopi aucto ritate suffultus, & quod Episcopus sit absens.

Sed

Sed quia supra dicebam, quod quis potest esse Vicarius Episcopi, etiam quod sit in minoribus, & etiam prima tonsura tantum iniciatus, dico quod si Episcopi Vicarius nõ sit Sacerdos, exequi non poterit ea, quæ sunt fori pœnitenciales, & sic confessiones confiteri volentium non audiet, verum talem facultatem Sacerdoti demandare poterit, si ad id Episcopus illi dederit speciale mandatum, dixi verbo quibus in annotatione quarta.

21. Subiungit, etiam si esset contractio votorum, & enormissima crimina, dummodo expresse absolucio Vicario non prohibeatur &c. ex his Episcopus dat Vicario facultatem amplissimam pænitentias irrogandi, puniendi, absoluendi, ac alijs demandandi.

Hic quæritur, vtrum pœnitens confessarij pœnitenciam acceptare, & adimplere teneatur, & in pœnitentia, discreta affirmatiuè respondet Cucch. de Sacramento pœnitent. nu. 149. lib. 5. titul. 4.

Contrarium tenet Nauar. in suo Manuali confess. cap. 26. num. 20. vbi tenet sufficere pęnitenti habere propositũ satisfaciendi Deo hic, vel in Purgatorio, & ideo posse recusare pœnitentiam à confessario sibi impositam, & nihilhominus absoluendum esse, teneri tamen aliquantulum acceptare puta vnum Pater noster, & ita etiam tenet Additio ad Cardinalem Tolletum lib. 3. Instruc. Sacerd. sub nume. 6. quidquid ipse in contrarium voluerit ibidem, & in cap. 11. num. 6.

Successiuè an Episcopi Vicarius, confitentem à votis dispensare possit: Qua in re dico, quod Episcopi auctoritate suffultus, in omnibus casibus Episcopo reseruatis, poterit dispensare, Thesaur. de voto, & voti dispensac. cap. 26. nu.

53. eod.

53.eod.cap. latissimè de voto, votidispensacione, & commutatione voluntatis defuncti.

2. Et insuper omnia alia, & singula circa ea necessaria, & opportuna faciendi, & committendi, ét si maiora fuerint, &c. clausula magni effectus ex notatis per Thesaur.citat.cap. 10. de Vicarijs, num. 14. circa finem.

3. Nec non, & quos uis scolares, & personas idoneas in Vniuersitate Papiensi ad Doctoratus gradus admittendi, & ipsis gradum, potestatem, auctoritatem, & insignia conferendi &c. Aduertendum doctoratus gradum nemini conferri posse sine speciali Imperiali, vel Apostolica auctoritate, Sbrozz.q.29.lib.2. Qua de re regulariter Reuerendissimi Antistites doctoratus gradũ non conferrunt, quòd non est dicendum de Illustriss. & Reuerendiss. D.D. Episcopis Papien. qui auctoritate Apostolica, ac Imperiali, Doctoratus gradus laureandis conferunt, & qui pallio etiam vtuntur, & Cruce, quibus pauci alij Reuerendiss. Antistites vtuntur, de cuius Palij priuilegio, & vsu scripsi, nume. 2. ad capit. sextum de Sacris ordinibus.

Et quia Doctorandi priuilegium Episcopo competens, non transit in Vicarium, nisi concedatur, vt dicta q. 29. Iure merito Illustrissimus Rubeus, eiusdem Vicario Doctoratus facultatem concessit.

24. Dixit, Item fidei professionem accipiendi tam à dictis Scolaribus vt supra promouendis, quàm à doctoribus ad publicas lecturas in Ticinensi Gymnasio deputatis, siue deputandis, & à quibuscunq; Ludi Magistris; Quia ad ipsius fidei professionem tenentur ex Bulla Pij Quarti, nedum promouendi ad doctoratus gradus, sed & Lectores,

& alij cuiuscunq; artis, & facultatis professores, siue seculares, siue cuiusuis ordinis regulares sint in quibusvis studiorum generalium vniuersitatibus, & etiam legentes Philosophiam, gramaticam, vel alias liberales artes in quibuscunq; locis, etiam in ecclesijs, monasterijs aut Conuentibus regularium quorumcunq; publicè, vel priuatè quoquo modo profiteantur: & in euentum contradictionis, Episcopi interdicti pęnam ab ingressu Ecclesiæ: Inferiores vero excommunicationis late sententiæ, priuationisq; omnium, & singulorum dignitatum, beneficiorum, officiorum, & feudorum eo ipso pęnas incurrunt, & vt seriosius ex ipsa bulla inserta per Quarant. in suo bull. sub titulo fidei professio, & Thesaur. de Iuramentis cap. 25. num. 20. cum alijs; vbi de fidei professione latissimè etiam quò ad alias personas.

25. Dixit, quod Vicarius exercere possit, ne dum ea, quæ spectant iurisdictioni voluntariæ, sed & contentiose, & quæ spectant tam ad forum iudiciale, quàm pęnitentiale. Subdens, & quæ nos ipsi facere possemus, ex quibus verbis dijudicatur quanta fuerit auctoritas D. Borgnini in memoratu Vicariatu, cuius memoria propter persone excelentiam viuit, siue viuere dicitur.

26. Dixit, cum potestare substituendi, cum simili, vel limitata potestate vnum, vel plures in sui locum, quem nos cum eadem potestate constituimus.

Super quo poncto quærunt Doctores, vtrum Vicarius Episcopi, qui non habet facultatem substituendi, Subuicarium, seu vt alij dicunt prouicarium sibi constituere possit.

Vanc. de nullit. ex deffectu iurisdictionis delegate num. 25. scribit, quod licet Vicarius Episcopi, alteri vices suas in

totum

totum committere non possit, & sic alium facere Vicariũ, aliquas tamen causas, vel etiam certam illarum speciem puta causas temporales, spiritualibus sibi reseruatis committere & demandare poterit, quia ordinarius est.

Robert. Marant. suo speculo part. 4. distinc. quinta an Iudicium sit ordinarium, vel delegatum num. 22. dixit, quod Vicarius alium Vicarium sibi substituere non possit, sed quod ex causa puta absentie possit ad modicum facere Vicarium, postea num. 27. circa fin. eod. loco subdit, quod licet non possit alium Vicarium constituere, potest tamen aliquam causam subdelegare.

Rebuf. sua praxi beneficiaria in regul. Cancellariæ versic. Item Vicarius fol. 493. scriptum reliquit, quod Vicarius alium Vicarium constituere non possit, nisi fuerit ei data potestas substituendi alium, quia personæ industria eligi soleat, quæ in diuersis est diuersa, nisi ex maxima causa, & non frequenter.

Paris. de resig. benef. q. 24. num. 70. cum alijs lib. 7. in hanc venit sententiam, quod licet Vicarius generalis habens facultatem recipiendi resignationes beneficiorum non possit alium Vicarium Generalem deputare ad euitandam infinitatem à iure prohibitam, potest tamen talis Vicarius deputare alium Vicarium ad recipiendam resignationem omnium beneficiorum; nam quamuis Vicarius non possit alium ex toto deputare, tamen bene poterit committere vices suas ad vnum articulum, seu vnam causam.

Cucch. de Vicarijs libr. 2. tit. 8. num. 40. 41. & 42. Tenuit quod Vicario Episcopi alium facere Vicarium non sit permissum, quamuis vices suas ei demandare possit, vel consentiente Episcopo ex iusta quapiam causa ad tempus, vel dum ipse in officio est, alium, qui se absente munere illo

fungatur, ſubſtituere non prohibeatur, qui ſuffectus nō Vicarij, ſed vicem gerentis aut L. T. titulo appellari ſolet.

Put. deciſ. 168. lib. 1. & deciſ. 224. lib. 2. huius fuit opinionis, quod Vicarius Epiſcopi non niſi expreſſa cauſa, aut ſpeciali mandato poſſit deputare alterum, qui vices ſuas generaliter obeat, non negando tamen, quin aliquas cauſas ciuiles, vel criminales alteri demandare poſſit; & idem quò ad L.T. extendit, qui licet aliũ L.T. deputare non poſſit dando ei totam iuriſdictionem, & ſic illam à ſe in omnibus abdicando, & illum ordinariũ faciendo, quod poſſit tamen illi aliquas cauſas demandare, cuius Putei deciſionem 224. refert & ſequitur Pariſ. dicta q. 24. num. 75.

Sbrozz. q. 15. num. 7. lib. 1. Tranſiens cum alijs, dixit Vicarium Epiſcopi non poſſe ſine cauſa, & mandato Epiſcopi conſtituere Vicarium, & quæſtionem in vtranq; partem examinando q. 66. per tot. lib. 2. hoc idem firmauit pluribus rationibus, videlicet quia infinitas ſit euitanda, quia ſit electa induſtria perſone ipſius Vicarij, cui non permittitur vt iudicandi, & cognoſcendi munus ſibi demandatum in alterum reijcere poſſit, vnde alterum Vicariũ conſtituere non poterit, etiam ſi Vicarius ab Epiſcopo mandatum habeat ſpeciale ad ſubſtituendum vt dicta q. 66. num. 11. Ideo Illuſtriſſimus D. Rubeus ſubdit illa verba, quem nos Vicarium cum eadem poteſtate conſtituimus, quibus verbis attentis, res eſt in tuto, quod Vicarius, alium Vicarium deputare poſſit, quia cenſetur Vicarius ſubſtitutus ab ipſo Domino, vt ibi numer. 15. declaratur etiam vbi adſit neceſſaria cauſa ſubſtituendi, vel propter abſentiam, vel infirmitatem, vel ſi ad modicum tempus ſubſtituatur, vel adſit conſuetudo, tunc enim alium Vi-

carium ſubſtituere poterit, vbi adſit mandatum ſpeciale ad ſubſtituendum, & tunc poterit ſubſtituere per modicum, & non frequenter, vt nume. 17. Concluditur ergo quod Vicarius ſine mandato ad ſubſtituendum, nullo modo alium Vicarium ſubſtituere poſſit, quæ concluſio declaratur in his, quæ ſunt Iuriſdictionis contentioſæ, non autem voluntariæ, in quibus Vicarius Vicarium dare poteſt, vt ibi num. 21. declaratur etiam vbi Vicarius vellet committere alicui vices ſuas in modũ delegationis, quia tunc cauſas alteri delegare non prohibetur, niſi Vicarius ab Epiſcopo in illa cauſa eſſet delegatus, quia illam ſubdelegare non poſſet, niſi adeſſet mandatum ſpeciale, vt nu. 22. & 23. Ex quibus ſic recenſitis res clara redditur, quando Vicario Epiſcopi ſit permiſſum alium facere Vicarium, quando non.

Non omittendum, quòd de hac quæſtione etiam dixit Celeberrimus I. C. Io. Gulielmus Guidobonus Dertonenſis in ſuis Aduocationibus aduocat 32. num. 31. & ſeq. dum accuratè multa circa iuſpatronatus poſt Genuenſ. de probat. Iuriſp. poſt Concil. Trid. cap. 63. ibi pertractauit, memoriæ, æquidem recolenda, quæ hic non repeto cum præſentis ſpeculationis non ſint: circa quod auctor: qui ingenio, & ſcientia polet laudatur, cuius loca poſt hæc ſcripta vidi.

27. Dixit, mandantes vniuerſo Clero, ac alijs nobis ſubiectis, vt te in Vicarium admittant, ac recipiant, hic eſt effectus vicariæ, vt ſubditi pareant ac obediant, aliàs iuriſdictio nulla eſſet ſine coerctione ex l. 1. & ibi doctores ff. de iur. omn. Iudic.

Poſtremo dixit, promittentes omnia, & ſingula per te vtſu-

Index rerum, magis notabilium ad literas patentes.

Vicarius

FINIS. 9.32.